MARGARITÆ VARIARVM CONCLVSIONVM

TAM AD COMMVNE, QVAM AD NONNVLLORVM locorum municipale ius concernentium,

Omnes flosculos in vtriusque iuris pluribus textibus reconditos, secundùm alphabeti ordinem explicantis.

PARS SECVNDA.

AVTHORE

D. IOSEPHO FELIV ET CEREZO

PRIMVM REGIÆ AVDIENTIÆ SALERNI AVDITORE, deinde rei pecuniariæ M.C.V. Iudice.

Hoc pacto digessimus, vt distinctius perlegi queat,

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. M.

Magis.

Magis dignum trahit ad se minus dignum, §. si quis in aliena tabula instit. de rerum diuis.

Limita id verũ, si adest eadem ratio, Auth. ex causa C. de liber. præter.

Magister.

Magister Iustitiarius habet primum officium in Regno, cuius Locumtenens constituitur à Rege, vel à Prorege, vt in Pragm. de officijs ad Regiæ Maiestat. vel Proreg. collat. spect. quam refert Balzar. in comment. sub tit. de offic. Magistr. Iustit. cap. 3. num. 6.

Magistratus.

Magistratus representat Vniuersitatẽ sicut tutor pupillum, & inter duos tutores sicut media persona est pupillus, ita inter duos officiales est Vniuersitas, Bald. in l. etiam nu. 2.

Digitized by Google

de fideicomm. Balzar. in cõment. ſub tit. de indiſcret. cognit. cauſar. cap. 2. num. 5.

Magiſtratuum cauſæ via viſitationis in ſupremo Italiæ Senatu iudicantur, ſiuè ſit generalis, ſiuè particularis viſitatio, D. Regens Carol. Tapia deciſ. ſuprem. Ital. Senat. 2. nu. 42. ita ſemper in d. ſupremo Senatu ſeruari vidiſſe teſtatur.

Maioritas, & Maior.

Maioritas quædam eſt ordinis, quędã dignitatis, alia ſenectutis, alia prælationis, ſiuè adminiſtrationis, Abb. cap. ſtatuimus 2. not. de maiorit. & obedient.

Maioritas reſpectu ordinis, & dignitatis, quos effectus operetur, vide per Abb. & Fely. in cap. ſtatuimus de maior. & obedient.

Maior natu debet diuidere, & minor eligere cap. 1. de paroch.

Maior ætate vbi vnus tãtùm ſucceſſurus eſt ſuccedit, quia inter ęquales ætas dat prærogatiuam, Tiraquell. de iure primogenit. in præf. num. 2. cum ſequent. Molina lib. 3. de primogeñ. Hiſpanor. cap. 1. per totum, & lib. 1. cap. 3. num. 7. quos refert, & ſequitur D. Præſes Vrſinus de ſucceſſ. feudor. par. 2. quæſt. 2. nu. 1. quem in dicto tractatu omninò videas vbi inuenies omnes feudorum difficiliores caſus elegãter, latiſſimèque per eum explicatos.

Maioris Iudicis præſentia impedit iurifdictionem minoris, gloſſ. pen. in l. in hac, vbi quod procedat in iuriſdictione contentioſa, ſecus in voluntaria, vt per Bald. ibi C. de donat. & quod præſẽte maiore, taceat inferior; & maior habeat iuriſdictionem in minorem, Bal. in l. qui indignus 2. ?p. de Senat. l. & ideo ff. de officio Proconſul. & Legat. latè Balzar. in comment. ſub tit. de eodem Magiſtr. Iuſtit. cap. 1. num. 22. vbi notat, quod per præſentiam ſuperioris ſilet inferior, Bald. in l. dies cautioni §. penul. de damn. infecto.

Maioricatus.

Maioricatus ſucceſſio regulatur ſecundùm ordinem ſucceſſionis ab inteſtato, l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2. & ibi gloſſ. receptiſſima, cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. & in cap. 1. de gradib. ſucceſſ. in feud. latè Soccin. in l. ſi cognatis col. pen. & fin. ff. de reb. dub. l. fin. C. de verb. ſign. Dec. cõſ. 331. in cauſa quæ Alexandriæ col. 3. poſt Alexan. conſ. 25. col. 1. lib 4. & niſi omnes de linea, in quo fecit ingreſsũ ſit finita, ad aliam tranſire non debet, text. in cap. 1. §. fin. de natur. ſucceſ. feud. qui tex. & ſi in materia feudali loquatur, tamen ex rationis identitate in maioricatibus, aliiſque fideicommiſſarijs ſubſiſtit, Marc. Salon de Pace conſ. 29. nu. 49. qui citat Anchar. in conſ. 82. dicta facti col. 4. verſ. ſed incontrarium, & Paul. Caſtrenſ. in conſ. 164. in præſenti cauſa, & in hac materia multa inuenies in conſilijs dicti Marci Salon de Pace doctiſsimi Doctoris Burgenſis, & aliqua de Maioricatus Bonis dixi ſupra in verb. Bona num. 19. & ſeq. vbi videas.

Maleficiatus.

Maleficiatus creditur, & nõ frigidus habens poteſtatem cognoſcendi alias, & non ſuam, licet per otto annos ſibi commanſerit, cap. vlt. de frigid. & malefic. quia ſi quis eſt frigidus quo ad vnam, quo ad omnes eſt frigidus, cùm impedimentum à natura procedat, gloſſ. in d. cap. verſ. cognoſcendi alias, & tàm maleficiatus, quàm frigidus per triennium continuum ſtabit cum vxore ſua, vt ipſis cũ ſeptima propinquorum manu firmantibus iuramen-

ramento, se commisceri carnaliter nequiuisse, proferri inter eos diuortij sententia possit, d. cap. vlt. in fin. nota quod si separatus maleficiatus aliam cognosceret, cogitur redire ad primam, cap. fraternitatis de frigid. & malefic.

Malitia, & Malus.

Malitia supplet ætatem, cap. de illis de despon. in pub.

Malus semel, àn semper præsumatur malus, vide infra in verbo semel vers. semel malus.

Malum animum armorũ delatio denotat, vide supra in verbo armanum. 6.

Mandator, & Mandatum.

Mandator, qui fecit mandatum limitatum, præsumitur illud prorogare, & extendere, si præsens videat mãdatarium vltra fines mandati procedere, nec contradicat, Ias. & DD. in l. quæ dotis ff. solut. matr.

Madans qui promisit Procuratori ab eo non exigere rationem administratorũ, intelligitur de subtili administratione, non autem de dolosa, Imol. conf. 29. de procur. Crauett. consi. 103. num. 9.

Mandatum de manutenendo, contra superiorem dari non debet, Rot. decis. 41. par 2. diuers.

Mandatum de manutenendo in iurisdictionalibus nõ datur inferiori contra dominum, Verall. decis. 306. num. 4. lib. 1. & Rot. decis. 41. par. 2. diuers.

Mandatum de manutenendo, datur etiam in secunda instantia, Seraphin. decis. 299. est tamen possessio concludenter probanda, idem Seraph. decis. 342.

Mandatum præsumitur eo ipso, quod quis tradit alicui instrumentum debiti, & producendo illud in iudicium præsumitur procurator, & admittitur ad agendum cum cautione de rato, vt per Bart. in l. vulgo in fin. ff. de administr. tutor. & in l. 3. §. causæ de Carbonian. edic. Felyn. de communi in cap. coram extr. de offic delegat. Marant. in repet. l. si actor ff. de procur. num. 2. quæ est post suum tractatum de ordin. Iudic. gloss. in l. si mulier in verbo ratihabitione C. de pact. cõuent. vide Rot. decis. 479. sub nu. 3. par. 1. diuers. Surd. consil. 540. lib. 4.

Limita tamen quod dicitur, vt teneatur dare cautionem de rato, procedere quando producens instrumentum, nõ probaret sibi à domino esse traditum, secus si probasset, nam tunc non tenetur, Bald. Imol. & Felyn. in d. cap. coram de offic. delegat. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. vulgo, vide Surd. d. cõs. 540. sub num. 22.

Mandati fines sunt diligenter custodiendi, l. diligenter ff. mandat. & omnes illius qualitates, Benint. decis. 21. num. 6.

Mandatum non præsumitur diuturnitate temporis, nisi concurrentibus coniecturis, Lamberteng. de contract. gloss. 7. num. 68.

Mandatum reuocatur morte mandãdantis, gloss. in l. hoc iure §. si quis dederit ff. de donationib. l. qui negotia §. cum hæres ff. de mandat. vide latè per Ias. in l. eius qui vers. placebat ff. si cert. petat. & Bart. in l. 2. §. si quis donaturus ff. de donationib. l. ei qui mandato ff. de solut. vbi Castrens. & in l. si cum Cornelius eod. tit.

Limita vt procedat si sit res integra, d. gloss. & ibi Castrens. verùm isto casu hæredes possunt repetere condictione indebiti, Castrens. ibi, & distingue, vt per Castr. in l. ei qui mandato ff. de solut.

Amplia vt procedat si mandatum fuerit factum tempore celebrati contractus, & in ipso contractu, si

Digitized by Google

ad commodum creditoris fuit factum, secus si ad commodum debitoris, quia non potest reuocari, l. aliud ff. de donat. & Bart. & Castr. in d. l. hoc iure §. si quis dederit ff. de donat. & in l. si cum Cornelius ff. de solut.

Limita secūdo nō pcedere in institutore, qui vniuersali negotiationi preponitur, quia istud mādatū non præsumitur reuocatū, l. si quis mancipijs §. si impubes ff. de instit. vbi Bartol. & Add. in l. eius qui ff. si cert. petat. num. 9. nisi statutum mutasset vt ibi per Bartol. Capell. Tholos. quæst. 265.

Tertio limita in mandato facto à testatore, Rot. decis. 613. par. 1. diuers. in mandato facto à Priore nomine Ecclesiæ, Rot. decis. 554. par. 1. diuers. & in mandato facto in rem propriam, Rot. decis. 174. par. 2. diuers. num. 3.

Limita vltimo in mandato de eo quod quis facere tenebatur, l. fundi §. itē si amicus ff. de acquir. poss. gloss. Bart. & DD. in d. l. eius qui ff. si cert. petat. & vt per Gallez. in tract. obligat. Camer.

Mandatum finitur finita instantia, & ideo ad petendum executionē requiritur nouum mandatum, l. si procurator meus ff. de procurat. Castrens. cons. 16. lib. 1.

Limita si mandatum sit conceptū ad lites presentes, & futuras, Butr. in d. l. si procurator meus.

Mandatum speciale requiritur ad interpellandum, & protestandum, nec ista possunt expediri per procuratorem generalem, gloss. in l. 1. §. 1. vbi Butr. ff. de liber. agnosc. Surd. decis. 215. Cæs. de Grass. dec. 3. de restit. spoliat.

Mandatum reuocatur per simplicem comparitionem principalis, cap. 2. de proc. num. 6.

Limitatur vt nō procedat quando ex coniecturis constat de contraria voluntate ipsius principalis, Rot. decis. 516. par. 1. diuers.

Mādatum ad omnes, & singulas causas comprehendit etiam futuras, licet mandans causas de præsenti haberet, Peregr. decis. 63. lib. 2. vide Add. ad Bart. in l. damni infecti §. si is qui ff. de damno infecto.

Et intellige, quòd restrictum ad ordinariam causam, non extenditur ad executiuam cum clausula super præmissis, Cæs. de Grass. decis. 4. de sentent. excommunicat nu. 9.

Mandatum ex quibus præsumatur, Seraphin. decis. 1407.

Mandatum potest fieri Procuratori ad donandum, nō tamen præsumitur quantumuis cum clausulis prægnantibus conceptum, Imol. cons. 29. de procurat.

Limita q̃ si nō sit expressa quantitas debeat intelligi de modica, & satis dicitur speciale quando est concessa facultas donādi, Io: And. in cap. qui ad agendum de procur. in 6. Surd. cons. 245. num. 37.

Mandati reuocatio in iudicialibus debet intimari, Alex. consil. 83. lib. 7.

Mandatum de soluendo alicui tertio factum à creditore debitori, potest reuocari re integra, Surd. cōs. 159. num. 103.

Mandatum licet inducatur per verba enunciatiua, tamen nunquam inducitur per verba conditionalia, Franc. Aret in l. si quis mihi bona §. sed quid nu. 12. ff. de acquir. hæred.

Mandatum non præsumitur ex eo quod quis administret, nisi doceatur de scientia domini, ad quod vide Alex. & ibi Add. in cons. 120. lib. 5.

Mandatum non retrotrahitur sicut ratificatio, limita nisi superueniat ante actum completum, Felyn. in cap.

cap. nonnulli §. sunt & alij sub nu. 6.vers.scias de rescript.

Mandatum ad lites ciuiles, & criminales, ac etiam Ecclesiasticas non comprehendit causas spirituales, Lup.allegat.70.

Mãdatum habens ad præparatorium actum, non semper censetur illud habere ad illius explicationem, Roman. cons. 461. Felyn. in cap. præterea num. 4. & 5.de offic.delegat.

Mandati qualitas est benè inspiciẽda, ita vt non extendatur, l.procurator ad vnam speciem C. de procurat. Benint.dec.21.num.6. Bellam.decis.555.

Mandatum de manutenendo, datur hæredi ex persona defuncti, quando lis super manutentione fuit introducta per defunctum, Rota coram Pamphilio in Bononien. de carnalib. 11. Ianuarij 1602. Menoch. de retinen.nu.62. remed.3.

Marchionatus.

Marchionatus dignitas vnde originem sumpserit, & eius prærogatiuas, tradit latè Menoch.cons.302. lib.4.

Maritus.

Maritus si legauit vxori quartam omnium bonorum suorũ, non debentur duæ quartæ, scilicet constituta, & legata, etiam si non dixerit, quam sibi constitui, quia non est verisimile voluisse hæredem duplici onere grauare, l. Titia §. qui in vita ff.de legat.2. sed si non cõstituerat vxori quartam, declara si sciuit se non constituisse, quia tunc valet iure legati, & non constitutionis, sicut si extraneo legasset, & adhuc iure legati debetur si in testamento dixisset, constituo vxori meæ quartam, nisi vxor ibi præsens recepisset ipsam constitutionem legitimè, quia tunc esset potius inter viuos, & testamẽtum esset ad probationem quo ad ipsã quartam, cùm testamentum sit instrumentum, Napod.in consuet. in bonis fol.305.num.5.

Maritus tenetur restituere fructus bonorum paraphrenalium, Ias.in l. maritus C.de procuratorib. vide Corn.cons.129.lib.4. Castren.cõs. 199.lib.2.Thesaur.decis.87.

Amplia vt si perceperit tenetur illos compensare cum melioramentis, Berou.quæst.22.Caualcan.in tract.de tutor.& curat.num.167.

Limita vt per Ias.in d. l. si maritus C.de procurat.circa finem, & contra Ias. videas Campeg.in tract.de dote quæst.9.par.1.& vide gloss.in l.si mulier in verbo circa fe C.de pactis conuent.& ibi vide Add.ad Bald. & vide cons. Bart.125. vol. 1.& ibi Add.Afflict.decis.81.num. 6.pract.Papien.in form.libell.quo mulier agit ad restitutionem dotis super vers. tanquam bona paraphrenalia, Surd.cons.290.lib.2.latè, & Aret.cons.159.in princ. Gabriell.cons.164.lib.2.Crauett.cõs. 193.num.15.

Limita etiam nõ procedere quando nullam habuit dotem, nam lucratur fructus, Rot.decis.590.par. 1.diuer.

Maritus si vxorem in actu adulterij deprehenderit tàm adulterum, quàm vxorem etiam prægnantem occidere potest, Bald.in l.Imperator ff. de stat.homin. refert, & sequitur Felyn. in cap. si verò in 2. col.in princip.extr.de sentent.excommun.

1 Limita non procedere si maritus haberet concubinam, quia tunc non potest impunè vxorẽ in adulterio deprehensam occidere, ita tamen (licet relinquat cogitandũ) concludit Hippol.de Marsil.in l.1. §.item Diuus col.1.ff.ad l.Cornel. de Sicar. & mouetur à simili, nàm licet

licet aliàs mulier cõmittens adulterium perdat dotē, & eius actionem, vt habetur in l. viro, atque vxore ff.ſolut.matr.& in l.conſenſu C.de repud. cap. plerumque ex-
2 tra de donat. inter virum,& vxor. & non ſolùm dotem, ſed etiam paraphrenalia, vt voluit Gloſſ.ſing.in d.cap. plerumque, Ludouic.Rom. in ſuo ſingul.312. cuius eſt initium propter adulterium, vbi ſi mulier commiſit adultetium non perdit dotem ſi maritus ſuus tenebat cõcubinas, quia ſimiliter adulterium committebat, & paria delicta mutua compenſatione tolluntur, d.l.viro, atque vxore, Pau.de Caſtr. conſ.128. Gloſſ.fin. in cap.penult. extr. de adult. Balb.in deciſ.522. part. 3. vide etiam infra in verbo mulier, verſ. mulier propter adulterium.

Maritus qui ex forma ſtatuti, præcedente vxore, lucratur partem dotis, debet illam habere, quãuis dos eſſet conſtituta ex bonis ſubiectis fideicommiſſo, Crauett.conſ.186.

Maritus tenetur alere vxorem, etiam nulla ſibi conſtituta, vel data dote, Benint.dec.22. num.9. Capell. Tholoſ. quæſt.87. Spin. de teſtam. gloſſ.11.num.65.

Maritus qui tacitè, vel expreſsè vxori ſuæ non facit donationem propter nuptias, non lucratur partem dotis ſibi debitæ vigore ſtatuti, deciſ.Pedem.21.num.21.

Maritus non tenetur præſtare alimēta vxori, quæ propria voluntate receſſit, gl.in cap.ſignificaſti extr. de diuort.

Maritus poteſt moderatè caſtigare vxorem ſuam ex cauſa, Abb. in cap.cum contingat num.20.de foro compet. & ibi Fely.num.7. Lucas de Penn. in l.quicunque C. de re milit. lib. 11. Morot. reſp.41. num.9.

Mariti ſęuitia, ſeparatur cohabitatio inter ipſum, & vxorem, Theſaur. deciſ.130.

Maritus occaſione retardatę ſolutionis dotis, poteſt petere duntaxat quantum ſua docuerit intereſſe, Ant.de Butr.in cap.ſalubriter extra de vſur. Abb. conſ.85.nu.5. ad ꝙ vide Crauett.conſ.189.ſub n.7.

Maritus lucratur dotem quando per
3 eum non ſtat quominus matrimonium conſumetur,& vxore ingrediente monaſterium, non eſt expectanda mors naturalis, Rot.deciſ.92.par.2.diuerſ.

Maſculus.

Maſculus deſcendens ex fœmina in materia iuris patronatus, dicitur de genere, Rot.deciſ.482.par.1.

Mater.

Mater non poteſt repetere alimenta præſtita filio, l. alimenta C. de negot.geſt.quod quomodo procedat, vide DD.ibi, & in l.filius eod. tit. & in l. Neſennius ff. de negot. geſt.

Mater tranſiens ad ſecunda vota nõ poteſt exercere tutelam filiorum abſque diſpenſatione, Crauett. conſ.193.num.10.

Mater habet annum ad petendum tutorem filijs ſuis, Menoch. de præſumpt.lib.6.præſumpt.98.Hõded.conſ.51.lib.2.

Amplia,ꝙ habeat vltra nouē dies, in quibus nõ eſt licitũ ire ad Iudicem, Iaſ.in l.2. ff.de in ius vocand. Surd.conſ.175.& ſi nõ petit intra annum priuatur hęreditate, Riminald.conſ.234. vbi Add.nu.4. Gabriell.conſ.27. lib.2. niſi mater ſit minor, Angel.in l.licet C.aduerſus delict.Caſtrenſ.conſ 370.lib.1. ſecundo excuſatur ſi pupillus habet tutorem habitu, Add. ad Specul. tit.de poſitionib.circa fin.verſ.10. Angelus in l. perſonis C. de adminiſtr.tutor.tertio ſi mater ſit prodi-

ga, Angel. in l. adeo autem ff. ex quib.cauſ.poſſeſſ.

Mater poteſt inęqualiter diſponere inter filios communis matrimonij, non obſtante Vrbis ſtatuto, cap. 131. lib. 1. fuit dictum coram Ludouiſio in Romana de Caſtellanis 19. Decembris 1608.

Mater, pater, & fratres, àn æqualiter ſuccedant filio inteſtato decedenti, videto ſupra in verbo filius numer. 30.

Matre diuite, & Auo paterno ſimiliter diuite, onus dotandi ſpectat ad Auum, Barboſ. in l. 1. par. 4. nu. 123. Grat. diſceptat. forenſ. 259. & 331. vbi quod indefectum poſſunt alienari bona ſubiecta fideicommiſſo materno.

Matrimonium.

Matrimonium contrahens cum deſponſata alteri per verba de præſenti, nũquam in vxorem eam habere poteſt, & illam dimittere debet, & quadraginta dies in pane, & aqua (quod carinam vocant) pœnitere tenetur, cum ſeptem ſequẽtibus cap. accepiſti de ſponſ. duo. Abb. in cap. fin. de eo qui duxit in matr. quia quod ab initio non valet, tractu temporis non conualeſcit, gloſſ. in d. cap. accepiſti.

Matrimonium àn neceſſe ſit, vt verè ſequatur, licet non dicatur raptus vbi volẽs pro matrimonio abducitur, decidit affirmatiuè Seſſa Rot. Arag. in dec. 96. quē refert D. Ricc. collect. 539. vide limitationes ſuas infra in verbo raptus per totum.

Matrimonium confirmatur carnali copula ante tempus pubertatis in pueris, cùm interdum illa tempus anticipare ſoleat pubertatis, cap. à nobis de deſponſ. impub.

Matrimonium metu contractum, ipſo iure eſt nullum, cap. gemma de ſponſalib. Neuiz. conſ. 46. Rot. deciſ. 561. par. 1. diuerſ.

Matrimoniũ dicitur validum à principio, licet vir eſſet impotens, Rota deciſ. 689. par. 1. diuerſ.

Matrimonium fuiſſe per carnalem copulam conſumatum, probatur pluribus modis, vt in deciſ. Rotæ 91. par. 2. diuerſ. & deciſ. 95. & 101.

Matrimonium nedum debet denunciari à proprio Parrocho, ſed etiã contrahi, quod eſt à Concilijs introductum pro forma, & ideo non poteſt adimpleti per æquipollens, Rot dec. 656. & 657. par. 1. diuerſ. vide prax. Archiep. Neapol. tit. 61.

Melior, & Melioramenta.

Melior eſt conditio prohibentis in re communi, cap. in re communi extr. de regul. iur. in 6.

Limitatur, vt non procedat quando res communis adhibetur ad deſtinatum vſum.

Melioramenta debent liquidari, vt pro eis detur retentio, & ex æquitate Rotæ præfigitur terminus, deciſ. 659. num. 1. par. 1. diuerſ. Cæſ. de Graſſ. de reb. Eccleſ. non alienand. deciſ. 5. in fin.

Melioramentorum qualitas, àn ſcilicet impenſæ, & meliorationes ſint, nec nè deducendæ, & à quo tempore, vide infra in verb. poſſeſſor num. 21.

Membrum.

Membrum debilitatum quatenus ſit inutile quo ad operationem, deſeruit tamen ad decorem, Capell. Tholoſ. quæſt. 20. quod deſeruit ad interpretationem ſtatuti, & matrimonio nõ vtens teneat vxorem, vt ſororem, cap. conſultationi de frigid. & malef.

Mendacium, & Mendax.

Mendaciũ arguit dolum, Surd. conſ. 149. num. 6.

Mendax in quibus puniatur, Aret. in §. idem iuris ſub num. 26. inſtit. de except.

Menſis.

Menſis.

Menſis quot dierum eſſe debeat, vide Alex.conſ.114.lib.5.

Menſura.

Menſura loci contractus, vel vbi res ſita eſt potius attendi debet, Marant.de tacit.conuent. lib.3.titul. 13.num.20.& ſeq.

Menſuram fieri intra quantum tempus peti poſſit, Bero.quæſt.5.gloſſ. & DD.in cap.per tuas de donat.

Merces.

Merces mercatorum extrahentes,nõ ſoluto vectigali, incidunt in commiſſum, nec ignorãtia excuſantur. l.fin. §. licet ff.de publican. & vectigal.& ibi Bart.& DD.vide Add. ad Bar.in l.fin.ff.de decret.ab ord. faciend.Innoc.in cap.humilis de maior.& obedient.

Limitatur vt non procedat,quando ob neceſſitatem illac tranſiuiſſet, d.l. fin. §.ſi propter neceſſitatẽ ff.de public.& vectig.

Merces corruptas cum incorruptis miſcere mercatoribus licitum eſt, text.eſt celebris in l.omnia C.de condit. in public. horreis, & ibi Bart. licet contrarium, ſecundùm eum dicerent laici, vide ibi dicta per Ang. quod facit pro aromatarijs, qui miſcẽt ceram corruptam.

Merces venales veniunt in generali obligatione, Bart.in l.vxori §. generalis ff. de vſufruct. legat. Alex. in l. ſi non obſtante col. 10. ff.de ſolut. matrimon. Iaſ. in l. qui Romæ §. Calimmacus colum.3. ff. de verb.oblig.

Limita vt non procedat, quando merces venales ſunt diſtractæ,l.cũ taberna in princ. & ibi Salic. ff.de pignorib.& ibi DD. Put.dec.297. lib.2. Marant.de ordin.Iudic.par. 4.diſtinct.9. num.111. & Put.dec. 297. lib 2. vbi quod durat in pretio.

Merces ſunt de territorio eius loci, vbi deſtinatæ ſunt,Natt.conſ.184.

Meretrix.

Meretrix pro debito carcerari poteſt, Menoch.de arbitr. quæſt. 88. num.13.Caball.caſ.78.num.2.

Limita nõ procedere in Meretrice coniugata,quæ pro debito carcerari non poteſt, Gomez. in repet. cap. mulieres num.15. & ſeq. de iudicijs, Conſil. Gizzarell.dec. 54. vbi quòd gaudet fauoribus, & priuilegijs, quibus aliæ honeſtæ mulieres gaudent,& proinde à domo expelli non poteſt.

Sed hoc ſublimitatur, vbi mulier nupta inhoneſtè viueret, marito conſentiente,ita tenet Afflict.in auth. de lenon. nu.3. dicens quod ſi maritata de conſenſu viri habitat in domo alterius non ſibi coniuncti, poteſt expelli, idem tenet in tract. de deb. ſuſp. fug. quæſt. 5. num.24.Conſ.Gizz.vbi ſupra nu. 17.& 19.

Meretrici non datur actio ad petendum mercedem,ſed tantummodo exceptionem ad retinendum, & defendendum, quod datum eſt nè poſſit repeti Conſil. Gizzarell.deciſ. 52. num. 1. vide alia infra in verbo penſio in fin.

Metus.

Metus illatus per viam iuſtitiæ, non dicitur iniuſtus ad effectum,vt actus eius cauſa factus reuocari poſſit, Bald.in Rub.quod metus cauſa in princip. Rota coram Platto in Romana pecuniaria 20. Maij 1589.

Metus nunquã purgatur,eadem ſubſiſtente cauſa,Rota coram Gypſio in Neapolitana profeſſionis anni 1598. & impedit ingreſſum Religionis, niſi poſtea conſenſiat, cap. 1.de ijs quę vi,& metu.

Meum.

Meum amplius meum effici non poteſt,vide infra in verb.quod n.33.

Miles.

Digitized by Google

Miles.

Miles potest filio emancipato substituere pupillariter, l. miles §. exhæredato ff. de militari testam. sed in ijs bonis tantùm, quæ ipse reliquit.

Milites equites nuncupati, possunt disponere de bonis aliundè quęsitis, quàm ex reditibus militiæ, Seraphin. decis. 587. non tamen Milites Hierosolymitani, Grat. discept. forens. 363.

Milites nostri temporis non gaudēt priuilegio militari, Moed. decis. vnica de donat. num. 2.

Militis testamentum, vide infra in verb. substitutus num. 50.

Ministri.

Ministri in Ecclesia tot esse debent, quot ex reditibus illius possunt sustentari, cap. 1. de instit. vbi Abb. & alij, & auctis facultatibus, debet etiam quoque augeri numerus ministrorum, cap. cum M. Ferrariensis, & ibi Abb. num. 4. Felyn. num. 5. & alij.

Minor.

Minor qui maior factus tacuit per quinquennium, videtur approbare contractum, l. 1. C. si maior factus.

Declaratur vt procedat, si sciuerit se esse læsum, Rota coram Lancellotto in Anconitana dotis 27. Nouembris 1598.

Minor si amittat rem restituitur, l. ait prætor ff. de minorib. l. 1. C. si aduers. sol.

Limita hoc procedere si amittat rem sui facilitate, secus si casu fortuito, Bart. in l. verum, vel dolo §. sciendum ff. de minorib.

Minor 18. annis si accusatus de aliquo delicto comparet in iudicio, (& nullo dato sibi curatore, quo authore cōfiteatur) cōfessus est delictum de quo aliter non erat pro-
4 batum, debet restitui in integrum aduersus talem confessionem, absque aliqua probatione alicuius erroris, quia ex hoc solo quod confessus est apparet esse læsum, Ang. in l. certum §. in pupillo ff. de confess. gloss. 2. in cap. 2. de in integr. restitut. Alex. in l. nam, & postea §. si minor in penul. col. ff. de iure iur. & cons. 480.

Amplia, si authore etiam curatore, confessus est, DD. præc. vbi supra.

Minor obligatur ex contractu locationis ad solutionē pēsionis, Spin. de testam. gloss. 3. num. 16. quia est contractus approbatus.

Minor non restituitur, nisi sit læsus sui facilitate, l. verum §. sciendum ff. de minorib. Arg. tex. in l. non capitur ff. de reg. iur. & ibi Dec. notat.

Limitatur vt nō procedat in causa criminali, quia absque probatione erroris, & læsionis restituitur, Dec. in d. l. non capitur ff. de reg. iur. in fin.

Minor vigintiquinque annis non potest esse procurator in iudicio, l. minor, & ibi DD. ff. de procurat. Vant. de nullitate tit. de inhabilitate personæ.

Amplia vt procedat etiam si haberet mandatum, gloss. in d. l. minor ff. de procurat, sed si habet mandatum ad substituēdum potest substituere, Bald. in l. procurator est ibi in addit. ff. de procura. §. dari autē.

Minor qui constituit procuratorem cum promissione de rato, & iuramento, non potest venire contra, & dicere de nullitate processus, Vant. tit. de nullit. ex defect. mandat. num. 35.

Minor qui sui facilitate, se maiorem dixit, restituitur, l. si alterius C. si minor se maior. dix. vbi gloss. latissimè distinguit, quam videas, vide etiam Benint. decis. 47. Lamberteng. de contract. gloss. 8. num. 60. & seq.

Minor qui ſe maiorem medio iuramento affirmauit, non poteſt probare minorem ętatem ad effectum conſequendi remedium extraordinarium, ſed ad conſequendum ordinarium, Benint. dec. 47. vt ſcilicet poſſit dicere de nullitate Roman. conſ. 12. num. 5.

Minor ſumma ſeparata à maiori, illi non ineſt, Felyn. in cap. inter cæteras num. 13. de reſcript. vide deciſ. Capell. Tholoſan. quæſt. 209. Vinc. de Franch. deciſ. 356.

Minor Conuerſus, ſeù Religioſus nō poteſt alienare bona ſine licentia, & ſolemnitate, Borgnin. de tutor. curat. num. 156.

Minor in contractu emptionis, non poteſt reſeruare hypothecam ad fauorem venditoris, ſine ſolemnitate, l. 2. de reb. eorū, Gozzad. conſil. 16.

Minor non includitur ſtatuto odioſo, & exorbitanti, Surd. deciſ. 49. nu. 8. vbi quod comprehendatur ſtatuto de præſcriptione.

Minor pro homicidio quãdo teneatur ad intereſſe, vide ſupra in verbo homicida num. 38.

Mobilia.

Mobilium appellatione, veniunt quę communis vſus loquendi intelligit Natt. conſ. 117. num. 6. latè D. Ricc. collect. 239. videndus omnino.

Moderator.

Moderator vnuſquiſque eſt rei ſuæ, videto infra in verbo vnuſquiſque num. 61.

Modus.

Modus adiectus cauſæ piæ, vel alicui diſpoſitioni in fauorem tertij vertenti, debet adimpleri, eſt tex. in l. Titio centum ſecund. reſp. ff. de conditionib. & demonſtr. & iſte modus dicitur cauſa finalis, Eueꝛrard. in ſua cent. in loco à contrario ſenſu num. 15. Bal. & Caſt. in d. l. Titio centum, & probatur in l. ego, & in l. profectitia §. qui certā ff. de iur. dot.

Modus, ſeù conditio non dicitur quando poſt conceſſionem venit aliquid implendum, ſed eſt agendum adimplementum, Seraph. deciſ. 1336.

Moleſtia.

Moleſtiæ quales eſſe debent, vt hæres priuetur hæreditate ex diſpoſitione teſtatoris, Surd. deciſ. 194.

Monachus, & Monaſterium.

Monachus dicitur de agnatione, & parentela, Lambert. gloſſ. 17. in tract. de contract. nu. 13. Farinac. de accuſat. quæſt. 13. num. 20.

Monacho litiganti cum Abbate, ſubminiſtrantur expenſæ, vide infra in verb. vxor num. 67.

Monaſterium quando teneatur pro debitis contractis à Monacho ante ingreſſum Monaſterij, vide Roman. conſ. 292. num. 2.

Mora.

Mora pœnalis purgari non poteſt, l. magnam C. de contrahend. & commit. ſtipul.

Declara vt procedat, etiam ſi per moram reſolueretur contractus, Franc. Caſtr. in tract. de ſocietat. off. Alex. in l. inſulam ff. de verb. obligat.

Limita vt ibi per gloſſ. vt non procedat in iudicijs, l. ſancimus C. de fideiuſſ.

Mora non poteſt purgari quando eſt facta executio à iure, vel ab homine, Caputaq. deciſ. 234. par. 2.

Mora non committitur per eum qui promiſit aliquid dare, vel facere non adiecta die abſque interpellatione, latè Becc. conſ. 105. nu. 20.

Mora non incurritur per hæredes etiam interpellati, niſi de obligatione certiorentur per oſtenſionē inſtrumentorum, Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſſ. 6. num. 5.

Mora.

Moratoria.

Moratoria, seù dilatio conceditur à Principe debitorib. ne infra tēpus ab eodē Principe præfixū molestētur, vt habetur in l. vniuersa vbi Bart.Bald. Salic. Iaf.cęteriq; scribentes C.de precib.imper.offer.

Declara hoc procedere si fideiussio fuit pręstita de soluendo debitum, finita dilatione, vt in d. l.vniuersa vbi DD.& per dispositionē Regiæ Pragmaticæ 1.de ferijs in hoc Regno seruatur consuetudo dimittēdi carceratos in mense Iulij pro causa ciuili, præstita cautione de soluendo debitum, vel de redeundo ad carceres,elapso tempore;

Et nota quòd si (vt sæpè accidit) à Principe concederetur alicui debitori prorogatio dilationis absque clausula renouata cautione,intelligitur renouata,sic & de stylo,]quia vt nō præstetur fideiussio,necesse est vt Princeps expressè dicat,fideiussione non obstante, Carol.de Graff. in suo aureo tract. exception. except. 32. num. 134. vers. quam ampliationem, Iaf.in add.in d.l.vniuersa in fin.vers.in secunda patte,latè Mauson.in lib. 1.de caus.execut.limit.6.num.14. & in simili causa,me referente,per M. C. ita iudicatum fuit, & facto verbo pręuia supplicatione per Sacrum Consilium confirmatum, licet Vinc.de Franch.in decis.549. contrarium teneat dicens, quòd, concesso termino per Sacr. Cons. cuidam debitori per certos dies,& prorogato, absque dicta clausula renouata cautione, creditor amisit magnam pecuniarum quantitatem, quod debuit esse in exitu S.C. quod semper abhorruit,& ratio huius contrarietatis,meo iudicio debuit esse,quia Vincent. de Franch.in d. dec. num. 2. circa fin. loquitur de prorogatione facta à Iudice,hic & loquimur de prorogatione à Principe concessa, quæ ex prædictis intelligitur renouata cautione.

Mors.

Mors omnia soluit, non tamen quo ad bona, quia respectu bonorum quæritur de crimine, etiam post mortem,Capell.Thol.quæst.437.

Mors quoad præbendā fidem scripturæ,habet vim iuramenti, Castr. cons.301.lib.1.Crauett.cons.158. num.7.

Mors ciuilis equiparatur morti naturali,quando in casu occurrenti tātum operatur, quantum naturalis, Felyn.in cap. licet vndique de offic.delegat.vbi plures affert illationes,& in dispositione hominis, sēper intelligitur de morte naturali, non autem ciuili,Berou.quæst.41.

Ad mortem damnatus si dùm laqueo suspensus fuit, fracto laqueo cecidit in terram, & protestatus fuit de sua innocentia, debet liberari, quia credendum est illud fuisse factum miraculosè, refert, & sequitur Dec. in l. fauorabiliores in fin. ff.de reg.iur. D.Io:de Arnon.in suis soliloq.solil.5.

Mulier.

Mulier habens multa bona si simpliciter nubat videtur dare omnia bona in dotem, Abb.cons.46.par. 1.Bartol. quæst.17. incipit mulier habens magnam,contra Rot. dec. 188.par.1.Surd.cons.9. Mant.de tacit.conuent.lib.8.num.11.

Mulier minor non potest,absque decreto Iudicis,constituere sibi dotē in bonis stabilibus, Rot.dec.588. par.1.diuers.

Mulieri non est danda potestas super se in vita, Spin.de testam.gloss.18. num.87.

Mulier transiens ad secunda vota,nō petito tutore, nec reddita ratione liberis primi matrimonij, non potest

test dare secundo viro nisi tertiam partem suorum bonorum, decis. Pedem. 21. nu.22. Surd. cons. 175. lib.2.

Mulier minor 12. annis si commiserit adulterium, non potest à viro accusari, iure mariti, cùm maritus non sit, sed iure sponsi potest, l. si vxor §. si minor ff. de adult. Napod. in consuet. quartam de iure quartæ fol.258. num.43.

Mulier potest constituere procuratorem super bonis minoris, Federic. de Sen. cons.202. distingue tamen per Ias. in l.1. §. item acquirimus num.13. ff. de acquir. possess. Lambert. de contract. gloss.20.

Mulier adultera nõ solùm perdit dotẽ, sed paraphrenalia, vide supra in verb. maritus, & limita vt ibi nu.2.

Mulier vẽtris nomine, potest immitti in possessionem feudorum, vide infra in verbo quæstio num.29.

Mulier quæ, viro existente infirmo, accessit ad eius domum non vocata, & præter eius voluntatem, sub spe lucrandæ quartæ, non habebit quartam, quia non parauit se ad operam matrimonialem congruo, & acto tempore, Napod. in cõsuet. quartam de iure quartæ fol. 257. num.34.

Et idem si minor 12. annis nupsit, & ducta est ad domum viri nondũ tamen cognita, mortuo marito, nõ habebit quartam, quia non videtur nupta, quæ virum pati non potest, ff. quando dies leg. ced. l. pen. item quia ætas sicut cognatio impedit matrimonium, l. minorẽ ff. de ritu nupt. quod ampliatur procedere etiã si à viro fuisset carnaliter cognita, nam eo mortuo, existens minor nõ habet quartam, quia festinantia nuptiarum punitur, ergo non debet esse causa lucri, l. 1. C. de secund. nupt. in maturum enim matrimonium, non est matrimonium, l. cum hic status §. si quis sponsam ff. de donat. inter vir. & vxor. & vir talem mulierem minorem 12. annis carnaliter cognoscens tenetur de stupro §. 1. instit. de nupt. Napodan. vbi supra num.36.

Mulier propter adulterium amittit dotem, donationem propter nuptias, & paraphrenalia, Francisc. Marc. decis.513.

Limitatur & primo, quando vxor commisisset adulterium de consẽsu viri, vel vir cum alia muliere adulterium commisisset, vt dixi supra in verb. maritus sub n.2. Balb. in decis.522. par.3.

Secundo limitatur, quãdo vir post adulterium ipsam vxorem adhuc receperit, Boer. decis.338. & quãdo mulier adultera habet patrem, tunc enim pater non amittit dotẽ propter filiæ adulterium, vt fuisset decisum Franciæ refert Papon. lib. 22. tit.9. arrest.5. & idem si haberet filios ex primo matrimonio, Rubin. in decis.339. Boer. in decis.338.

Tertio limitatur, si per vim vxor adulteriũ cõmiserit, Papon. lib.3. arrest. 23. vel si maritus occasionẽ præbuit, Franc. Marc. in dec.729. & quod maritus, licet vxor amittat dotem, teneatur illi subuenire pro victu, expensis litis, & alimentis, Peguera in decis. 20. latè D. Ricc. collect. 1001. vbi quod maritus pariter veniat ob eius adulterium puniendus, qua autem pœna, vide per Papon. lib.22. arrest.2. & 4. & cui applicetur dos, vide per Vinc. de Franch. decis.421.

Mulieres pro alijs intercedere prohi-
5 bentur tot. tit. ff. & C. ad Velleian. & præsertim l.3. ff. eod. & Auth. si qua mulier C. eod.

Amplia vt per Ant. Thesaur. in decis. Pedem. decis.222. & 223. in no-

uis

uis, vt nõ teneatur, etiam si mulier fateatur in eodem instrumento se esse principalem d.decis.222. nu. 14.DD.in d.Auth.si qua mulier.
Limita primo, vt non procedat quando haberet fideiussorem indemnitatis, Add.ad Bart.in l.1.C. de conueniend.fisc.debit.lib.10.
Secundo limita non procedere, quando iurasset, nam tunc omninò tenetur, d.decis.Pedemon.223. num.8.& seq.Bart.cons.124. Angel. in §. item si, instit. de except. Abb.& alij in cap. si diligenti de foro compet. cap.ex rescripto de iureiurand. quod iuramentum ligat in terris Imperij, Bald.cons.5. lib.5. Afflict.decis.263.Alber.in l. fin. ad Velleian. sed declara quod dicitur de iuramento, vt non procedat quando mulier enormissimè lederetur, veluti in totum, vel pro maiori parte remaneret indotata, gloss.in d.Auth. Paris cons.75.nu. 13.& 14.lib.3. d.dec.Pedem. num. 9. & sequutus fuit Senat. num. 13. ex æquitate quadam, cum in contrarium faciat dec.Afflict.311. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor.§.17. nu.13. Boer. quæst. 23. num.9. ratio est, quia isto casu iuramentum non habet tres Comites, decis.Pedem.41.num.1. Pancirol.cons.44.num.2.
Limitatur tertio principalis conclusio, vt non procedat quando se in piam causam obligaret, Bald. cons.5. Thesaur. Pedem. d. decis. 223. videlicet pro dotanda aliqua muliere, Aret.in §.item si, num.31. & seq.instit. de except. vide Scip. in Rouit.prag.1. sub rub.de Senatus Consulto Velleiano.

Multa.

Multa non applicantur parti, Bart.in l. apud Iulianũ in fin. ff. quibus ex caus.in possess.eat. sed vel in opera publica, vel fisco, Capell.Thol. q. 275.

Mutiana.

Mutiana cautio non præstatur vbi testatoris verba referuntur ad ius,
6 secus si ad factum, Capell.Tholos. quæst.327. vide de dicta cautione aliqua per Mant. de tacit. cõuent. lib.14.tit.42.num.24. & nisi præstetur resoluitur ius successionis vsque à principio, licet fructus cõsumptos in causam alimentorum Rota ex quadam æquitate non esse restituẽdos dixerit, corã Seraphino in Asculana fideicommissi 26. Octobris 1601. Mant.decis.330.l. cũ filius.§. qui mutianã ff.de leg.2.

Mutuans, & Mutuum.

Mutuans frumentum alicui seminandũ, præfertur cæteris creditoribus in frumento recollecto, l.procuratoris §.in tributum vers.quid tamẽ & §.& si plures ff.de tribut. Mant. de tacit.conuent.lib.11.tit.23.nu. 11. in contrarium facit text. in l. quid scit in princ. ff. de vsur. Decian.omnino videndus cons. 50. lib.3.
Mutuans alicui administratori, vel aliter negotia gerenti, in dubio videtur mutuare, tàm contemplatione illius, quàm contemplatione principalis, l.si pupulli §.1.ff.de negot.gest.Bart.in l. Ciuitas num.9. ff.si cert. petat. vide Bart. in l.Lucius Titius ff.de institut.act.
Mutuans in emptionem militiæ, præfertur cæteris creditoribus ex dispositione legis, Rot.dec.174.par. 2.diuers.num.7.
Mutuans pecuniam propriam, nomine alterius, non videtur mutuare animo donandi, Bart. in l. frater à fratre num.13.& seq.ff.de condict. indeb.
Mutuans pecuniam alicui, qui illam conuertit in alimenta filiorum, potest agere aduersus filios, l.his solis ff.de cõdict.indeb.Surd.cons.420. lib. 3. vbi etiam de pensionibus do-

domus,& in tract. de alimentis.

Mutuum esse conuersum in vtilitatẽ Ciuitatis, vel Collegij probatur ex eo quòd fuerit mutuatum in præsentia Collegij, Bart.& ibi Add.in l.Ciuitas num. 13. ff.cert.petat.

Amplia etiam si fuerit probatum Ciuitatem egere pecunia in aliquam causam, quæ post mutuatam pecuniam, perfecta appareat, quo casu præsumitur versam in vtilitatem, Add.ad Bart.in d.l.Ciuitas in fin.ff.si cert.petat.

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. N.

Narratiua.

Narratiua quæ est pars gratię, est verificanda, Rota decis.534. par.1. num.1. sicuti etiã narratiua iurispatronatus dec.331 par. 1. etiã quod non inducat ad concedendum facilius.

Naturalis.

Naturalis filius legitimatus, àn ob ingratitudinem erga patrem, possit ad primum statũ naturalitatis reuocari, videto infra in verb.pater vers.primo.

Naturalis, vel spurius legitimatus, àn
7 succedat sicut in burgensaticis, in feudalibus, distingue, quod si etiã ad feudalia specialiter fuit legitimatus,& habilitatus, succedit, Bal. in cap. de causis in penult. colum. vers. & ideo spurius extr. de offic. delegat. Ias.in Auth. si qua mulier in penul.colum. vers.2. moueor.C. de sacros.Eccles.quos refert D.Io: de Arnon.in problema 1.

Naturalis obligatio impedit soluti repetitionem, gloss.& Bartol.in l.si non sortem §.libertus ff.de cõdict. indeb.in princ.

Limita si sit solutum per errorem facti, l.error C.ad l.falcidiam.

Sublimita quòd, licet sit solutum per errorem facti, si tamen poterat cogi illud præstare officio Iudicis, non repetit, gloss.in d.l.si non sortem §.libertus,& ibi Bart.nu.10.

Secundo limita, si respiciebat certam speciem obligationis, quia si in illa specie soluatur non repetitur Bar.in d.l. §.libertus num.10. aliud si deberetur in genere.

Declara, etiam procedere si prestaretur illud, propter quod est inducta naturalis obligatio, quia tunc impeditur soluti repetitio, Bart. ibi.

Naturalis possessio non trãsfertur per appositionem præcarij, vide infra in verb.vtile num.65.

Natus.

Natus ex vidua, quæ statim mortuo marito, facta est alterius concubina, præsumitur filius mariti, si nascitur intra nouem menses, popter benignam præsumptionem legitimitatis, ita Bald.in l.si matre C.de suis,& legit.Moder.in l.Gallus in princ.ff.de lib.& posth.

Natus post alienationem factam de re fideicommisso subiecta, admittitur ad fideicommissum, Surd.decis. 230.Veg.conf.51.num.35.

Necessitas.

Necessitas illicitum facit licitum, de reg.iur. cap. quod non est, quia nõ non habet legem l. vnica ff. de offic.Conf.cap.consilium de obseru. ieiun. l.aliquando ff. de offic. Proconf. & excusat iuramentum, cap. si vero de iureiurand.

Ne-

Negans, & Negatiua.

Negans scripturam eius propria manu scriptam, punitur poena de qua in Auth. contra qui propriam C. de nō numer. pecun. & de hoc habes statutum Vrbis cap. 83. lib. 1. & contra eum omnia præsumuntur, latè Castrens. cons. 302. lib. 2.

Negans se possidere, non potest impedire actorem quin immittatur in possessionem, Surd. dec. 237. Declara si sit facta præcedente interrogatione iudiciali, Seraphin. decis. 620.

Negatiua orationi præposita, non facit venire in consequētiam, quod sequeretur si esset postposita, gloss. notabil. in l. 2. §. qui obseruari in verb. existimat circa fin.

Negatiua in qua consistit fundamētum intensionis actoris, seù rei, debet concludenter probari, Bart. in l. pen. §. docere ff. ne quis eum qui in ius, & in l. in illa ff. de verb. oblig. cum ibi notat. per Alex. Dec. cons. 176. nu. 1. volum. 1. Castrens. cons. 71. lib. 1. Becc. cons. 105. nu. 11. Gabriell. conclus. 6. de probat. Bellam. decis. 76. quæ probatur ex inspectione actorum, text. in cap. quoniam contra de probationib. DD. in l. actor C. de probat. Berou. cons. 80. num. 9. lib. 3. Dec. cons. 483. num. 4.

Limita in casu, in quo requiritur scriptura, Cassad. dec. 5. super reg. num. 3.

Limita etiam vt in dec. Pedem. 51. num. 18. & seq. & in exceptione non solutionis tradit Becc. d. cons. 105. num. 11.

Sed declara istā conclusionē non solutionis, procedere quādo opponitur à creditore, seù si opponatur à tertio, quin ipse negationē probare tenetur Cephal. cons. 43. nu. 5. lib. 1. Rota in vna Papiēs. bonor. die 9. Decembris 1596. corā Orano, Gabriell. de probat. conclus. 6. num. 14. Mascard. conclus. 1318. num. 4. lib. 3. Surd. cons. 86. num. 1. lib. 1.

Limita vltimo, vt non procedat, quando quis negat fuisse factum, quod quis vigore pacti, vel statuti facere tenebatur, nam tunc non est probāda à negante, Alex. cons. 129. lib. 2. decis. Perus. 22. num. 24.

Negligentia.

Negligentia vt alicui noceat, debet probari, quod omissum fuerat facilè sibi adimplere, Becc. cons. 37. num. 20.

Negligentia non præsumitur, sed debet probari, Rot. decis. 514. par. 1.

Negligentia quomodo probetur, & àn requiratur monitio, & quando vide per Felyn. in cap. si autem de rescript. & per Bart. consil. 102. lib. 1.

Negligentia impetrantis in præsentatione litterarum, quomodo deprehendatur, vide per Felyn. in cap. capitulum de rescript. num. 5.

Negotium, & Negotiorum gestor.

Negotium nostrum quot modis dicatur, vide gloss. & Bart. in l. si pupilli, §. itē quæritur ff. de neg. gest. & quomodo probetur, cuius contemplatione sit gestum ibi Bart.

Negotiorum gestor in quibus casibus teneatur de casu, gloss. magistr. in l. si negotia absentis ff. de negot. gest.

Negotiorum gestor quando quis præsumatur, & dominus teneatur illius factum ratum habere, Alex. cons. 120. lib. 5. & ibi Add.

Negotiorum gestor si negotium insolitum gesserit, tenetur de casu l. si negotia absentis, ff. de negot. gest, & ibi gloss.

Negotiorum gestor potest vendi habita fide de pretio, Fely. in cap. cum olim el primero num. 5. de offic. delegat. Rota coram Gypsio in

Romana pecuniaria .11. Decẽbris
1591.& coram Ponia in Romana
mercedis 12. Nouembris 1602.

Nemo.

Nemo factum alienum promittere
8 poteſt, §. ſi quis inſtit. de inutilib.
ſtipulation. quæ regula quando nõ
habeat locum, vide Mynſing. in d.
§. ſi quis.

Nemo de quo quis puniendus eſt cõ-
modum ſentire debet, l. ſiuè hære-
ditaria ff. de negot. geſt. gloſſ. in l. ſi
vno §. cum quidam ff. locat.

Nemo poteſt impugnare id in quo
quis ſe fundat, cap. ex eo de regul.
iur. in 6. & ibi Dyn. vide Felyn. in
cap. cum te num. 7. extr. de re iudi-
cat.

Limita ſi impugnaret tamquam
falſum, & non ſolemne, Felyn. in
cap. examinata num. 2. de iudic.
Limita etiam, vt per Felyn. in cap.
capitulum de reſcrip. num. 9. Bart.
in l. poſt legatum de his qui vt in-
dign. Felyn. in cap. ex parte el ſe-
gundo ſub. num. 6. de reſcript. & in
d. cap. capitulum affert ſeptem li-
mitationes, & plures declaratio-
nes, Ruin. conſ. 166. num. 16. lib. 3.

Nemo poteſt venire contra factum
proprium, vel ſui authoris.
9 Limita procedere quando lex ſim
pliciter aliquid prohiberet, ſecus
ſi daret illi actui certam formam;
quoniam illa non ſeruata, poteſt
veniri contra proprium factum,
Caualcan. latè in tract. de tutor. &
curat. num. 162. Add. ad Caſtr. in
l. filios C. de reuocand. his quæ in
fraud. cred. vel quando actus eſſet
ipſo iure nullus, Rot. deciſ. 8. de te-
ſtam. & coram Robuſterio in vna
Romana vineæ 17. Nouembris
1581. Morot. reſp. 72.

Nepos.

Nepos legitimus ex filio inceſtuoſo
habitus, vtrum poſſit hæres inſti-
tui, deciſum affirm. Præſ. de Frãch.
in dec. 27. & idem Præſ. de Franch.
in deciſ. 28. dicit affirmatiuè deci-
sũ, quòd filius Militis Hieroſoly-
mitani expreſsè profeſſi, dicatur
inceſtuoſus, ita refert D. Ricc. col-
lect. 151. in fin.

Nihil.

Nihil tàm naturale eſt, quàm eo ge-
nere, quodque diſſoluere, quo
colligatũ eſt, l. nihil tàm ff. de re-
gul. iuris, & §. manet autem inſtit.
de ſocietat.
Limitatur vt non habeat locum
in ſpiritualibus, vt Dec. hic.

Nobiles.

Nobiles quoad pœnam corporalem
mitiùs puniſitur, quàm ignobiles;
ſecus quantum ad ſpiritualem, &
peccatum; quia in eis grauius eſt,
Spin. de teſtam. glo. 16. n. 73. & ſeq.

Nobiles regulariter torqueri nõ poſ-
ſunt; l. nullus C. ad l. Iuliam Maieſt.
l. Diuo. Marco C. de quæſt. videtur
hoc sẽtire, Alex. in l. Cẽturio n. 24
ff. de vulgar. & pupill. Iaſ. in l. miles
num. 4. ff. de re iudic. Clar. in ſua
practic. criminal. lib. 5. §. fin. quæſt.
64. verſ. vlterius quæro, adde Grã-
mat. deciſ. 28. alios allegantem nu.
27. Villalob. in verb. nobiles in lib.
commun. opinion. ſed hoc dictum
attentari poſſet, dicendo procede-
re quotieſcunque eſſet poſſibile,
vt iſti nobiles poſsẽt iſtam pęnam
corporalem pecunia redimere, ità
& in ſimili, mihi videtur tradere,
Gomez. in §. item ſi quis num. 42.
in fin. inſtit. de action.

Nobiles primores ad donandum, ita
vt exiſtiment ſe debere quòd ſpõ-
tè tribuunt, & niſi in ſuis beneſi-
cijs creuerint, nihil ſe præſtitiſſe
arbitrentur, cap. 1. de donat. Mant.
de tacit. cõuent. lib. 13. tit. 17. n. 7.
alia vide ſupra in verb. honor ver-
ſic. honores.

Nomen, & Nominatio.

Nomen non licet mutare, & contra
faciens

faciens punitur pœna falsi, Balb. in decis. 39. quam nota ad tex. in l. falsi nominis ff. ad l. Cornel. de falsis l. vnica C. de mutat. nomin.

Nomē sibi mutare ad aliquid acquirendum licet, dummodo seruus nō sit, aut nisi ad fraudandū, aut damnificandum creditores, aut alios id fecerit, Sayr. decis. 2. de pœnis, quē refert D. Ricc. collect. 934. in fine, vbi infert ad pulcram decis. Fabri 1. quod mutatio nominis in familiæ nobilioris iniuriā, virgis, & exilio castiganda est, itēq; pœna honoraria, nisi reus sit infamis.

Nomen verbale assiduitatem, & perseuerantiam requirit, gloss. in l. 1. ff. de tribut. Brun. in tract. de reb. dubijs §. condescendendo num. 2. Becc. cons. 105. num. 4.

Nominis appellatione, intelligitur de proprio, Gomez. super regul. de Annali q. 30. nu. 6. vbi etiam quid importet nominis immutatio.

Nomina debitorum ibi esse dicūtur vbi fieri debet exactio, Bocc. de cens. par. 2. num. 98.

Nominatio facta de mādato alterius videtur facta à mandante, Felyn. in cap. cum R. de offic. deleg. & de testium nominatione, vide infra in verbo terminus vers. 1.

Nominatim, & Nominare.

Nominatim exhæredatus dicitur qui proprio nomine est nuncupatus, institut. de exhæred. lib. in princ. vers. nominatim.

Ampliatur vt etiam dicatur exhæredatus nominatim, quando exhæredatio est facta per nomen appellatinum; sed non potest verificari, nisi in vno, instit. eod. in princip. d. vers. nominatim.

Ampliatur item, vt etiam dicatur nominatim exhæredatus, si sit exclusus à statuto, Dec. in l. 1. in 3. lect. ff. si cert. petat.

Nominatus in iudicio tamquam dominus pro rei suæ defensione, potest opponere declinatoriam fori ex sui persona, Bart. & DD. in l. 2. C. vbi in rem act. Abb. in cap. quoniam frequenter §. in alijs extr. de foro compet. num. 28. secus si sit nominatus vti necessarius defensor, l. venditor de iudic. DD. in l. 1. C. vbi in rem act.

Nominandi facultas non consumitur per nominationem nullam, vel quæ nō fuerit sortita effectum, decis. Seraphin. 589.

Non.

Non curamus de modo, dummodo videamus effectum.

Limitatur, vt non procedat quando modus requiritur pro forma, Arg. instit. de exhęred. lib. in princip. vers. alioquin, Bart. in l. de quibus ff. de legib.

Non entis nullæ sunt partes, l. eius qui in Prouincia ff. si cert. petat.

Limitatur vt non procedat, quādo quod nō est futurum speratur §. ea quoque instit. de legat.

Non est præstanda occasio deliquendi, l. conuenire ff. de pactis Dot. l. 1. ff. de eo quod certo loco cap. Sedes Apostolica extr. de rescript.

Limitatur vt procedat, quādo pręstaretur occasio delinquendi directè, secus si indirectè.

Limitatur etiam, quando esset vera, secus si præsumpta, ita hanc legem limitat Gomez. in §. pœnales instit. de act. circa fin. in verb. non obstat, quem omninò videas, qui postea impugnat tales limitationes, vide Bart. in l. nemo potest de legat. 1. num. 10. & 12.

Notarius, & Notariatus.

Notarius de consuetudine solet stipulari pro omnibus quorum interest, & sic videtur à partibus rogatus, Mantic. de ambig. conuent. lib. 2. tit. 10. nu. 8. Rot. decis. 663. par. 2. diuers.

Notario creditur in hijs quæ ipse fecit, & quod sint vera, non in solemnitate scripturæ, gloss. in l. in donationibus in verbo sub notatione C. de donat. & hoc post confectum instrumentum, gloss. in §. hinc nobis in verb. quantũ ad hoc, Auth. de hæred. & falcid.

Notarij assertioni creditur de jis, quæ poterunt interuenire tempore actus, Rot. decis. 516. par. 1.

Notarius effectus monachus potest perficere veteres rogationes, Bal. in l. nam & si Seruius §. si viuo, & 2. rep. in princ. ff. de negot. gest. secus si esset effectus Episcopus, cap. post cessionem num. 6. de prob.

Amplia si perdit officium non suo vitio, sed alio defectu, vel culpa, quia tunc etiam potest perficere vetera, sed non noua, Bald. in l. 2. post num. 9. de sentent. & interloc. omn. iudic. l. Barbarius 2. rep. num. 6. de offic. Præsid. quia donec damnetur, & deponãt ab officio est tabellio, & valent instrumenta, Bald. in l. si quis decurio C. de fals. & si fuit condemnatus de falso postea facta nõ valent retrogesta, sic Bal. in l. 2. num. 4. & l. in exercend. post num. 7. vsque ad 9. de fide instrum. Balzaran. omnino videndus in cõment. ad constitut. vtriusque Siciliæ in tit. de fer. & salar. Iudic. numer. 54.

Notarius nõ debet delaniare instrumentum cancellatum, sed illud retinere penes se, notat Bart. in l. 2. §. si plura ff. quemadm. testam aperiant, & quando contra facit quomodo sit puniẽdus, vide ibi Addit. & hoc sequitur Aretin. instit. de action. in §. pęnales num. 5. in fin.

Notarius si recusat scribere protestationem, debet fieri coram probis vitis, & in locis publicis, & idẽ sortitur effectum, l. iubemus vbi Al ber. C. de defensorib. Ciuitat.

Notario asserenti sibi commissam receptionem testium iuramentorum non creditur, nisi constet fuisse factam in forma iudicij, Oldrad. cons. 323. nu. 7. & per dictam commissionem non dicitur ei demandata iurisdictio, sed duntaxat nudum ministerium, Rot. decis. 630. par. 1. diuers.

Notarius stipulans pro absente, licet ei ius acquirat, tamen id procedit si sequatur ratificatio, Surd. cons. 60. num. 16. lib. 1. vbi latè Veg. cõs. 51. Castrens. cons. 191. lib. 2. Curt. iun. cons. 55. num. 9. lib. 1. Dec. in l. cõtractus ff. de reg. iur. immo quod acquiratur dominium, & possessio maxime infanti, vide Rot. decis. 683. par. 1. diuers. & quod non possit reuocari, Galles. ad formul. Cameral. quæst. 3. ad 5. partic. fol. 2. nu. 144. Thesaur. decis. 70. vide Pancirol. cons. 146. num. 18. Mant. de tacit. conuent. lib. 13. tit. 48. num. 11. & lib. 14. tit. 26. Surd. dec. 111. num. 5. vide Gonzal. super regul. 8. gloss. 26. num. 9. Cæs. Barz. dec. Bononiens. 26. num. 10. Hect. Fel. de societ. cap. 14. Dec. cons. 225. num. 12. Alex. cons. 204. lib. 7. num. 4. Peregr. de fideic. art. 51. num. 14. & 51. Gabriel. de verb. oblig. nu. 102. & seq. Roland. cons. 19. lib. 1. vide Surd. cons. 150. nu. 102. Mandell. cons. 36. Guttier. in cap. quamuis extr. de pact. sub. num. 53. & seq.

Notarius potest extendere clausulas cęteratas, & apponere id quod est de consuetudine citra pęnam falsi, Surd. decis. 223. vide Ferret. cons. 92. qui dicit standum esse imbreuiaturæ quo ad ea quæ sunt accidentalia, latè Mant. de ambig. conuent. lib. 2. titul. 10. latissimè Menoch. cons. 37. lib. 1. vbi de clausula constituti, de iuramento, & de alijs clausulis.

Notarius successor potest absque compul-

Digitized by Google

pulsatione instrumenta extrahere, Dec. in auth. si quis in aliquo num. 2. C. de edendo Verall. decis. 351. in 2. par. Rota coram Penia in vna Barchinonen. matrimonij 12. Octobris 1601.

Notarius potest habere duas originales scripturas de eadem re, Rota decis. 671. par. 1.

Notario asserenti aliquem actum nō habuisse effectum, non creditur, Becc. cons. 6. num. 1. 24. & seq.

Notarius tenetur de omissis partibus ad interesse, Bald. in l. fin. sub n. 8. vers. optimè nota C. de magistratib. cōuenien. & ibidē Salycet. sub nu. 2. immo tenetur Notarius ratione erroris, quia error in Notario est lata culpa, Bald. in l. presbyteri in fin. C. de Episc. & Cler.

Notarius intitulatus in militis matricula, an habeat militare priuilegium intestando, vide infra in verbo scriniarij.

Notarius habēs authoritatem ab inferiore à supremo Principe, scilicet Papa, & Imperatore, non potest rogare instrumenta in alieno territorio, DD. in cap. 1. §. fin. de foro compet. in 6.

Notarius non tenetur cognoscere partes, ante confectionem instrumenti, Rota decis. 434. par. 1. & licet regulariter non obligetur contrahentes cognoscere, Vinc. de Franch. decis. 263. tamen Notarius supponens vnam pro alia punitur pœna falsi, Sessa Rota Arag. dec. 19. quem refert D. Ricc. collect. 934.

Notariatus qualitas probari debet parte opponente, Crauett. consil. 150. num. 1.

Notificatio.

Notificatio quando ad certum effectum requiritur, non satis est sciētia, Alex. cons. 138. vbi distinguit lib. 7.

Notorium.

Notorium faciunt duodecim testes de auditu, Felyn. in cap. oporteat sub num. 6. de accusat. Rot. coram Orano in Bononien. bonorum de Campegijs 8. Nouembris 1586.

Notoriū licet releuet ab onere probandi, non tamē releuat ab onere proponēdi, gl. in clem. appellāti in verb. alias causas de appellat. & ibi Card. Marant. in 3 parte sextæ partis princ. versic. quandoque appellat. num. 154. vide Alex. in l. 1. nu. 4. C. vt quæ desunt Aduocat. part. Angel. Aret. in rubr. instit. de except. nu. 42. quod declara vt procedat quando notorium est extraiudiciale, secus si notorietas appareret ex actis, vt per Aret. d. nu. 42. Felyn. in cap 1. col. 7. vers. quarta declaratio de re iud. Gomez. in regul. de annali in 4. quæst. in fin.

Nouatio.

Nouatio non inducitur ex quo creditor ceperit agere contra tertios possessores, & propterea potest agere contra fideiussores, & alios obligatos, Castren. cons. 175. lib. 2.

Nouatio non inducitur ex sententia nisi sit secuta exactio, l. nepoti, & ibi gloss. ff. de fundo instructo, & instrum. legat.

Nouatione non extinguitur prima obligatio, sed in aliam transfunditur, & sic differunt nouare, & in totum extingui, Surd. cons. 145. num. 28. quia nouatio non inducitur ex secundo contractu, qui fit ad cautelā, Grat. cons. 126. num. 7.

Nouatio non inducitur ex decreto visitæ, & cessione nominis debitoris, nisi sequatur acceptatio, Rot. decis. 232. par. 2. diuers.

Nouatio non inducitur ex eo quod post cōuentum fuit pro executione præcedentis obligationis, latè Surd. cons. 385. lib. 3. num. 15. vbi vide: nec ex adiectione alterius

personæ, Alex.cons.72.num.3.

Nouatio primæ conuentionis non inducitur per secundam, nisi quatenus per secundam reperitur expressum, Rot.dec.90.par.2.diuers. vel contineret incompatibilitatem cum prima decis. 571. par. 1. Surd.cons.145.num.24.& seq. Gabriell.cons.79.lib.1.num.4. & seq. Surd.decis.70.

Amplia quando secunda esset nulla, Surd.decis.51.

Nullitas.

Nullitas actus ex omissione solemnitatis introductæ ad rigorem iuris conseruandum, operatur etiam contra eum, contra quem actus est gestus, Pelyn. in cap. causam quæ sub nu.6.de iudic.

Nullitas actus non potest benè colligi, nisi transportato integro processu, Corn.cons.210. lib.4. Crauett.cons.122.num.7.

Nullitas actus non potest allegari ab eo cuius nō interest, Crauett.cons. 177.num.7 & cons.179.num.5. id enim procedit quando nullitas introducitur fauore alicuius, quoniā nisi, ipso volente, nullitas non attēditur, Spin. de testam. gloss. Rub. par.5.num.6. Surd.cons.52.nu.1. Morot.respon.72.Seraphin.decis. 334.

Nullitas actus non sanatur consensu partis, quia non dependit à solo partis consensu, Bellam.dec.623. & potest dici de nullitate, etiam ab eo qui consensit, Alex.cons.123 num.6.lib.1.

Nullitas defectu citationis est sanabilis, Cęs. de Grass. decis.4. de rescript.

Nullitatis causa principaliter intentata, suspenditur instantia appellationis, Grat.cons.26.lib.2.

Nullitatem allegans tenetur producere omnia acta ad illam probandam, Corn.cons.348.num.31.cum seq. Abb. cons.41. Alex.cons.218. lib. 2. Rot. coram Seraphino in Imolen.Castrorum 16.Maij 1576.

Nullitas sententiæ ita deuoluit iudicatum quemadmodum appellatio, Ferret.cons.43.

Numerus.

Numerus singularis comprehendit pluralem, quando non sumus in materia odiosa, & ideo constitutus ad litem, intelligitur etiam ad lites, Ias.in l.qui filiabus §.1.num.4. ff. de legat. 1. Aymon. cons.161. num.4.

Nuncius, & Nunciatus.

Nuncius non potest quempiam citare, nisi habeat licentiam, & commissionem à Iudice, ita Bal. & alij in l.fin.C.de exhib.reis; sed aduerte quod si semel citauit aliquem, & nulliter, poterit denuo citare sine aliqua commissione, latè per Ias.in l.qui per salutem in vlt.col. ad fin.ff.de iureiur.

Nuncius si scienter detulit litteras homicidij, & receptis illud recipiens perpetrauit, nuncius tenetur de homicidio, Bal.in l.1.§.vt autē col.5.C.de caduc.toll. Bart.in l.1. §.incidit ff.ad Turpil.

Nuncio referenti se aliquem citasse creditur, argum. l. magis puto §.si pupillus vers.illud, & ibi Bald.notat ff. de reb.eorum qui sub tutel. Bellam.decis.617.in princ.

Limitatur vt non procedat, quando citatus negaret, & iste sit solitus obedire, vt per Io:Andr.in cap. cum parati de appell. & refert Alber. de Ros. in suo dictionar. in verb.nuncius, & de isto casu vide latè per Menoch. de arbitr.Iudic. cas.112.lib.2.

Nūciato nouo opere, si Iudex remittat præceptum, datur appellatio, Sebast. Medic. decis. Prouinciæ March.13. vide Thesaur. decis. 24.

Nurus.

Nurus.

Nurus, mortuo marito, poteſt agere contra ſocerum, ſine venia, & per conſequens dicitur ſoluta affinitas: ex quo reſultabit vnus effectus, quod ſi extet ſtatutum quod inter affines fiat compromiſſum, non habebit locum inter nurum, & ſocerum, mortuo marito, ita Ang. Aret. in §. pœnales num. 17. & ibi Add. inſtit. de act. & videas Marant. in tract. de ordin. Iudic. in 6. parte princip. verſ. ſecundus ſub nu. 15. Aret. conſ. 118. Rolan. conſ. 18. lib. 2. in contrarium verò videtur, deciſ. Pedem. 31. & d. Rolan. d. loco.

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. O.

Obedientia.

Obedientia melior eſt, quàm victima, cap. illud de maior. & obedient.

Obedientia vaſſallorum non probat poſſeſſionem, alio exiſtente, Bellam. deciſ. 668.

Oblatio.

Oblatio facta à tertio liberat debitorem, l. qui decem §. ſi cum mihi ff. de ſolut. & ibi declarant DD. & de effectu oblationis, vide gloſſ. in Auth. vt ex action. inſtan. col. 2. in verb. & hoc.

Oblatio rei ſine cautione, vbi requiritur, non conſtituit creditorem in mora, Caſtren. in l. ſi domus §. de euict. ff. de legat. 1.

Oblationes quæ fiunt immaginibus, celebranti, cui acquirantur, vide per Felyn. in cap. dilectus de offic. Ordinar. Ferret. conſ. 143. Capell. Tholoſ. quæſt. 483. Prax. Archiep. Neapol. cap. 72. Mantic. de tacit. conuent. lib. 13. tit. 21. nu. 38. Ceſ. de Graff. deciſ. 6. de præb.

Oblatio debet eſſe integra, etiam cũ vſuris, Tiraqu. tit. de retract. conuent. §. 4. gloſſ. 4. Ceſ. de Graff. deciſ. 3. de reſt. ſpoliat.

Oblatio fraudolenter, & abſque omnibus qualitatibus, nõ releuat denunciantem, ſiuè offerẽtem, Surd. conſ. 371. num. 77.

Obligare, & Obligatio.

Obligans omnia ſua bona dicitur obligare etiam iura, & actiones, arg. tex. in l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. rẽ in bonis ff. de acquir. rer. dom. Aret. in §. item ſeruiant inſtit. de act. num. 22.

Obligans rem ſuam pro alio, habet actionem mandati contra præſentem, & negotiorum geſtorum contra abſentem, gloſ. in l. pen. C. commodat. quem videas.

Obligatur ille qui obligationi conſentit, Tiraquell. de leg. connub. gloſſ. 5. num. 148. Mohed. dec. 287. incipit Romana Pecudum.

Obligatus aliquid facere cum conſilio alicuius, ſatisfacit illud requirendo, nec tenetur tale conſilium ſequi, Capell. Tholoſ. quæſt. 271.

Obligatus propter rem quãdo eam cedẽdo liberetur, vide Caſtren. & DD. in l. quod debetur ff. de peculio, & ibi Bald. & in l. is cum quo ff. de aqua pluu. arcend. Gomez. titul. de loca. n. 18. in tract. var. reſolut. & aliqua per eundem ad l. 40. Tauri num. 13. in fin. Capell. Tholoſ. dec. 405. Boccac. de cenſ. par. 2. num. 97. Mant. de tacit. conuen. lib. 22. tit. 24. Mandell. conſ. 265. Oldrad. conſ. 221.

Obligatus aliquid facere, tenetur taliter facere, quod de iure valeat, Iaſ. in l. huiuſmodi in fin. ff. de legat. 1.

Obli-

Obligatus ex pacto ad dotandum, tenetur cauere de soluendo, secutis nuptijs, Seraphin.decis.430.

Obligatio facta contemplatione officij, eo finito, non durat, Capell. Tholos.quæst.70.

Obligatio rerum præsentium, & futurarum non extenditur, vt comprehendat ea quæ tempore obligationis erant debitoris, & consentiente creditore, fuerunt alienata, & postea ad debitorem reuersa ex alia causa, quàm ex qua fuere alienata, gloss.& Bart.in l.fin.C.de remiss.pignor.

Ex obligatione bonorum per aliquē facta, nō arguitur voluntas distrahendi dicta bona, sed potius luendi pignus, Bald.in cap.1. §.autem si libellatio n.4.vers.& ita etiam in pignore ff. quib. mod. feud. amittat. Aluarott.in cap.Imperialem n. 2.de prohib.feud.alien.per Feder. Bald.in l.voluntas num.9. C. de fideic.& in l.si fine num.1.vers.ille enim qui se obligat, nō propterea promittit tradere, C.ad Velleian.

Obligatio ex epistola non nascitur
10 antequam transmittatur, & nisi recipiatur in vita mittentis, Put. decis.114. lib.1. Add.ad Bart. in l. absenti ff.de donat. vide supra in verb.accipiens vers.limita cōlc.2.

Obligatio ad soluēdum certam summā iuxta tenorem alicuius instrumenti, afficit etiam non producto tali instrumento, Bart.in l.admonendi versic. & hoc facit ad quæstionem ff.de iureiurando, Dec. cons.402. num.10. & istud procedit quando est certum de voluntate obligantis.

Obligatio non oritur vbi est defectus formæ: & propterea procurator excedens formā mandati principalem non obligat, Felyn.in cap. cum dilecta de rescript. vers.gesta.

Obligatio nō nascitur vltra id, quod quis gerit, Abb.cons.16.quia consensu, non ignorantia oritur obligatio, l.generaliter de tabul. Roland.cons.42.num.29.lib.3.

Obligatio insolidum tacitè facta censetur, vbi distributiuum appositū, quilibet reperitur promisisse. l.2. ff.de duobus reis, & §.2.instit.eod. tit.Gomez.in tract. de cōtract. tit. de duob.reis.

Obligatio personalis quæ oritur respectu rei, tollitur re perempta, l. 1.in fin.C.de iure emphit.quod dicas procedere in contractibus qui habent tractum successiuum, secus in ijs qui momento temporis expediuntur, Gomez.in tract.variar. resolut. tit. de locato sub num.18. vide Castr. in l.quod debetur ff.de pecul.& per eundem Gomez.ad l. 40.Tauri num.13.in fin. Mandell. cons.261.Mohed.decis.14.

Obligationis conditionalis tempus, vt retrotrahatur quæ requiruntur vide per Ang.in l.eandem sub nu. 4.ff.de except. rei iud.Rot. decis. 718.par.1.diuers.

Obligatio Cameralis habet in ventre renūciationē omni legū auxilio, Put.decis.466.lib.2.Rota corā Blanchetto in Romana tertiarum die 18.Aprelis 1588. Morot.resp. 3.& coram Corduba in Rom. responsionis Casalis 15.Iunij 1597.

Obligatio Cameralis habet in ventre stipulationem horum pro omnibus quorum interesse, Rot.dec. 663. par.1.diuers. & 728.& habet executionem paratam sicut guarētigia, Surd.cons.542.

Obligatio generalis non comprehēdit bona obligari prohibita, Rot. decis.426.par.1.diuers.

Obligatio non nouatur appositione pœnæ, Benint.decis.16.num.6.

Obligatio, vel actio non est nata ante euentum conditionis, Dec. cons.2.num.5.

In

In obligatione accessoria non potest esse plus quàm in principali, videto supra in verb. fideiussor in 21. conclus. vers. in contrarium facit.
Obligatio solutionis pensionis, licet personalis, finitur secuta beneficij resignatione, Bursat. conf. 361. nu. 40. vide Paris. de resign.
Obligatio per quam dicitur, quod habeat vim obligationis Cameralis, est efficax ad petendam executionem, Hector Felic. de societat. cap. 29. num. 86.
Obligationis Cameralis rigor, non est tradendus vbi est vulnerata per compromissum, & laudũ, Seraph. decis. 736.

Obreptio.

Obreptio, & subreptio non procedũt in Curia Romana, Rot. coram Lãcellotto in Cartaginen. 17. Septẽbris 1610.

Obseruantia.

Obseruãtia interpretatiua debet esse proxima interpretationi, de qua agitur, Bald. in proœmio ff. nu. 7. Soccin. cons. 6. nu. 2. & 6. Seraphin. decis. 1410. Rot. decis. 39. nu. 12. par. 2. diuers.
Obseruãtia subsecuta, interpretatur actus agentium, Castren. cons. 314. lib. 1. Seraph. decis. 696. num. 3.
Obseruantia subsecuta declarat ambiguitatem verborum praecedentium, Becc. cons. 101. num. 49. & facit vt secundùm eam iudicetur, quamuis aliter constaret, Soccin. cons. 145. nu. 2. lib. 1. Cephal. cons. 31. num. 152. lib. 1. Roman. consil. 271. num. 4. Rota coram Pegna in Spoletana bonorũ 6. Aprelis 1601 & coram Orano in Viterben. Cãpi maioris 15. Martij 1591. Crauet. cons. 101. num. 3. Rot. decis. 571. num. 3. par. 1. diuers. Caes. de Grass. decis. 10. num. 7. de praebend. vide Atet. cons. 84. nu. 5. Soc. Iun. cons. 42. num. 15. lib. 1. Barbat. cons. 36. nu. 2. lib. 2. vbi de locatione, Surd. decis. 29. vbi de statuto.

Obtinere.

Obtinens dignitatem eminentem, ex consuetudine immemorabili, videtur reliquis incompatibilibus renunciare, vt in clement. gratiae de rescript. & per DD. in cap. 1. ne Cleric. vel Monac. D. Consil. Scipio Theodorus alleg. 49. in fin.

Occidere.

Occidere Bannitum, & offendere ex particulari odio non potest, & si quis offenderit non solùm praemiũ non reportat, sed immo debet puniri, Bald. in l. decuriones C. de infam. in fin. quem refert, & sequitur Felyn. in cap. si perfodiens extra de hom. Hip. Mars. in cons. crimin. cons. 10. num. 42. & alia vide supra in verbo bannitus, & guidaticus versic. 1. & infra in verb. subditus vers. subdito an licitum sit.
Occidens agressorem suum nullam propterea calumniam substinebit, etiam quod in defendendo se excesserit, l. 1. C. vnde vi. Bald. in cap. 1. de pace tenen.

Oeconomus.

Oeconomus in Ecclesia iuris patronatus consumi debet, pendente lite inter praesentatus, Mantic. decis. 107.

Offendens.

Offendens Clericum, etiam absque vulnere, incidit in Canonem, cap. si quis suadente diabolo 17. quaest. 4. & non potest absolui, nisi à Summo Pontifice, vt ibi: quòd habet locum, etiam in Clericis primae tõsurae, gloss. in cap. 2. in verb. Clericus de vita, & honestate Cleric. & in personis Religiosis, quae regulariter viuunt, licet non emittant professionem, ita tenuit Butr. in cap. 2. num. 6. de foro compet. & de communi attestatur Boer. de vita, & statu Herem. quem refert, & sequitur

quitur Duennas regul. 99. in 3. ampliatione.

Amplia primo, quòd etiam Clericus seipsum percutiens incidit in excommunicationem, & pœnas dicti Canoni, & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in cap. contingit el primero num. 6. de sent. excom.

Secundo amplia in offendente Clericum excomunicatum, quia incurrit pœnam dicti Canonis, & est cõmunis opinio Felyn. in cap. 1. de sentent. excommu. & Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 17. nu. 20. tom. 2. & idem in Clerico degradato, Bald. in cap. Sedes Apostolica n. 4. de rescript. sed intellige si fuit degradatus tantummodo verbaliter, nam si fuisset actualiter, & solemniter, aliud esset dicendum, Iul. Clar. in sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 77. num. 10.

Amplia tertio, offendentem cadauer Clerici, siuè Religiosi pro iniuria, incurrere pœnam dicti Canonis, quia durat etiam priuilegiũ in cadauere, Felyn. in cap. à nobis el segundo num. 1. de sentent. excommun. & Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 17. num. 19. tom. 2.

Quarto amplia, quòd si Clericus aggressus fuisset Laycum, & Laycus eum aufugeret, & ipsum Clericum aufugientem in fuga offenderet, incurrit dictam pœnam, cap. si verò el primero de sentent. excõmun. Io: Lup. in tract. de libert. Ecclesiast. quæst. 8. circa finem, quem refert, & sequitur Decian. vbi supra num. 22.

Limita non procedere in percutiente Clericum euntem in habitu laycali, si ignorabat ipsum esse Clericum, Angel. in l. item apud §. si quis virgines num. 1. de iniur. Aretin. cons. 163. num. 16.

Limita etiam si quis volẽs Titium Laycum percutere errans, percusserit Cayum Clericum putans esse Titium, vt tenuit Tancred. & hãc esse communem dicit Didac. in repetit. cap. alma mater fol. 497. post num. 15. vers. 9. quos refert Iul. Clar. in sentent. lib. 5. §. fin. d. quæst. 77. num. 8. vbi latè.

Officiales, & Officium.

Officiales opere non cedunt antequam iudiceentur, l. cum patronus ff. de operis libert. Bart. in l. si non sortem §. libertus nu. 25. Castrens. cons. 100. lib. 2.

Officiali creditur in concernentibus ad officium suum, Ruin. cons. 95. num. 5. lib. 1. Aym. de antiq. temp. 2. par. 1. sent. 4. limit. 62.

Officialis quando possit conueniri durante officio, Abb. & Felyn. in cap. legebatur de maioritate, & obedient.

Officiali infirmo debetur salariũ, Paris de syndicat. in verbo salarium. Limita hoc procedere, dummodo permanserit in loco officij, secus si sine licentia discesserit, Carau. Ritu. 7. num. 2. D. Reg. Tapia Cap. Reg. num. 35. tit. de offic. cõstit. Capiblanc. pragm. 5. nu. 91. de Baron. & eorum offic.

Nec Officiales Baronales, nec alij Officiales Regij possunt cognoscere de crimine lenocinij, nisi sola M.C. Rouit. pragm. 1. sub rubr. de lenonib. & qua pœna puniatur, vide supra in verbo lenones, & infra in verbo pater num. 16.

Officium Proxenetæ vide infra in verbo Proxeneta.

Officij necessitas aliquid excusat, l. quartum ff. de in ius vocando l. tutorem ff. de his quibus vt indign.

Officium, & artificium differũt, sicut mercator, negotiator, & artifex, Boer. decis. 149. nu. 2. & decis. 222. num. 10.

Officia concernentia iustitiam, & ad-

administrationē vēdi nō possunt, cętera verò quæ non concernunt iustitiā, & administrationē in hoc Neapolitano Regno per Proreges tātùm vendi possunt. D.Reg.Fab. Capyc.Galeot.in tract.de alienat. & success.offic.& regal.n.192.f.61.

Officium Iudicis est implorandum, vbi verba legis, vel statuti sunt in Iudicem directa, Bal.in Auth.dos data C.de donat.ante nupt.nu.7.

Officiū Iudicis potest implorari vbi deficit actio, & subest ęquitas, Guid. decis.362.

Officia quæ sui natura sunt personalia, annalia, vel ad vitam, non possunt exerceri per substitutum, nec transferri de vno in alterum sine Principis scientia, & beneplacito, D.Reg.Fab.Capyc. Galeot.in tra. de alien.& success.offic. & regal.n. 193.fol.61.

Omnis.

Omnis lex debet habere rationem dubitādi, l.quod labeo ff.de Carb. edict.

Limitatur ista propositio, vt procedat ante legē latā, secus si post: sed ad hoc replicatur de text.in l. quæris ff.de natalib.restituend.vbi nunquam habuit ille casus dubiū: sed respondetur quòd nunquam habuit dubiū apud Iureconsultos, qui totum ius in scrinio pectoris habere dicuntur. l. omnium C.de testam.secus apud nos.

Omne genus agit propter finem, vide in proœmio num.1.

Omni iuri renuncians, vide infra in verbo renuncians num.39.

Omni exceptione maior, vide infra in verbo testis num.53.

Omne iuramentum principaliter tēdit in Deum, quia primaria obligatio acquiritur Deo, vide infra in verbo periurus num.17.

Opera.

Operarum diuisio, & differentia ponitur à gloss.& Bart.in l.si non sortem §.libertus ff. de cōdict.indeb.

Opere, nouo nunciato, si Iudex remittat præceptum, an detur appellatio, vide supra in verbo nunciatus in fin.

Opinio.

Opinio glossæ semper est sequenda, nisi vsus, & consuetudo sit contraria, Iac.Butr.in l.1. C.qui pro sua iurisdictione, & Bart.Bal.Alex.& Ias. in l. vt vim ff.de iustit. & iur. omnes vno ore dicunt, glossam, authoritate, cæteros omnes DD. antecellere, à quorum opinione non multum recedere, videtur Io: de Imola in l.1.col.2.de vulgar. & pupill.substit.vbi dicit glossā sufficere pro textu, quando textus non reperitur, cuius opinio hodie etiā in foro, & tribunalibus recepta est, in quibus glossæ opinio legis vigorem habet Io: Hennequinus in tract. notar. ad Accurtium in princ.de authorit.glossæ.

Opinio communis præualet veritati, 11 l.4.ff.de legat.1. l. Barbarius ff. de offic.prætor.

Quod vt sit verum, ità distinguendum est: aut actus de quo quęritur, & circa quem error versatur non potest ab errantibus validius reddi, & eo casu veritas præponitur opinioni, ita tenet Bald. in l.nihil C.de vindict.lib.aut potest validus reddi, & hic tres sunt considerandi casus: primus est, quando publicè interest istam communem opinionem, vel errorē seruari, & tunc concludendum est errorem veritati præualere, ita volunt Aretinus & alij DD. in §.sed cum instit.de testam.in gloss.in verb. libertate, idem tradūt Bart. & Ias.in d.l.Barbarius ff.de offic.prætor.Salyc.in l. Zenodorus C. ad Maced. Corn. & & alij in l.1.C.eod. & ita potest intelligi hic textus noster, nam pu-

blicæ intereſt, vt ſuprema hominũ elogia exitum habeant, l. vel negare ff. quemad. teſtam. aperiant. aut ex cõmuni errore aliquid inducitur contra publicam vtilitatẽ, & tunc concludunt communem errorem ius non conſtituere, ita in preallegato loco Aret. Iaco. Butr. Iaſ. & alij in d. l. Barbarius: aut ex iſto errore nihil inducitur contra publicam, vel ſecũdùm vtilitatem & tunc ſumus in dubio, & ſemper benignior debet accipi interpretatio, arg. dictæ legis Barbarius, & l. quoties ff. de reb. dub. & l. quoties in ſtipulationibus, ff. de verb. obli. & ſi vis latiùs hãc materiam videre, vide Thobiã Non. & Aret. in §. ſed cum in gloſſ. in verb. libertate inſtit. de teſtam.

Opinio communis, quando dubium eſt poſitum in opinionibus Doctorum, tenenda eſt; & ab illa non eſt recedendum, nam nè ſoli, cap. 2. de ſtat. monaſt. & communiter maior pars melius veritatem inueſtigat, arg. text. in cap. nouimus de verb. ſignif. l. 1. ff. de offic. quæſt. hoc tamen quando communis non eſſet euidenter falſa, vel poſſet conuinci probabilibus argumentis, quod bonus Iudex acutiſſimi ingenij arbitrabitur, text. in cap. Cappellanus de fer. & text. quem ibi Abb. reputat ſing. in l. 1. verſ. ſed neque C. de vet. iur. enunc.

Optare.

Optandi conſuetudines etiam in 12 menſibus reſeruatis ſunt per Regiam Cancellariam ſublatæ, vide Mohed. deciſ. 27. de præbend.

Oſculum, & oſculantes.

Per oſculum luxurioſum, & tactum mammillarum mulier amittit dotẽm, Bald. in cap. tuæ de procur. de qua latè videas Diaz reg. 216. incipit dotem ſicut perdit in 1. tom. fol. 444. col. 2.

Limita ſi oſculetur à conſanguineo, quia præſumitur conſanguinitatis, non libidinis cauſa oſculatam fuiſſe, Afflict. & Vrſill. deciſ. 236.

Oſculantes mulieres per vim, pœna mortis puniuntur, per cap. Regis Roberti incipit vt fine, Viu. deciſ. 117. quem citat D. Ricc. collectan. 1514. Gram. cõſ. 48. qui licet dicat, quòd dicta pœna habet locum in Ciuitate Neapolis non tamen in Villis, & eius territorio, tamen per pragmaticam vnicam de oſculatibus mulieres, diſponitur, quod procedat in omnibus huius Regni partibus, & quòd terminus foriudicationis ſit trium menſium vt in d. pragm. vnica.

Sed ſecundùm Iulium Clarum in ſentent. lib. 5. §. fin. quæſt. 83. oſculum inferens mulieri per vim, punitur pœna extraordinaria, niſi plus quam magnæ circumſtantiæ factum aggrauarẽt, quod relinquitur Iudicis arbitrio.

Ordinari, & Ordo.

Ordinari, vbi quis compellitur per ſubſtitutionem beneficiorum, vide gloſſ. in cap. licet Canon de elect. in 6.

Ordo iuris ſeruatur etiam in poſſeſſorijs, Felyn. in cap. conſultationibus de offic. delega. in fin. & decura vt ibi per eum.

Ordo iuris debet ſeruari in quocunque foro, & inter quaſcunque perſonas; & cùm ordo iuris ſeruatur vera iuſtitia fit, quia quod quis ſciat quod facit, ſi ignorat quo ordine, non habet perfectam cognitionem, Curt. ſen. conſ. 59. nec poteſt ordo iudiciorum immutari, Abb. in conſ. 25. ſub nu. 1. lib. 1. Benint. deciſ. 62. in fin.

Ordo iuris in generali ſermone cenſetur inſertus, l. Gallus cum ibi Non. ff. de liber. & poſth. Felyn. in

cap,

in cap. inter cętera extr. de appellat. num. 1.

Ordinarius.

Ordinarius semper retinet iurisdictionem suam ordinariam, etiam impeditus, vide supra in verb. delegatus num. 19.

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. P.

Pactum.

Pactum quod liceat conductori, locare domum cum cõsensu domini, importat quòd dominus consẽtire teneatur, Mãt. de ambig. conuent. lib. 2. tit. 12. num. 7.

Pactum nudum factũ in iudicio, producit actionem, gloss. in Auth. generaliter verbo conscribat C. de Episcop. & Cleric. Alex. in rub. ff. de verb. oblig. num. 7. l. eum pro quo ff. de in ius vocand. & Alex. in l. pacta nouissima C. de pact. hoc tamen pronunciatum, ita declaratur per scribentes in d. rub. ff. de verb. oblig. vt sit verum, quando istud pactum factum in iudicio, tendit ad adiuuandum iudicium, secus quando non tenderet ad adiuuandum iudicium, quia tunc remaneret nudum, vt tradit Bald. in l. siue acta C. de transactionib.

Pactum de soluendo absenti, ei nullum ius tribuit, Bart. in l. si cum Cornelius ff. de solution. Pancirol. consi. 14.

Pactum remissionis lucri dotalis factum inter virum, & vxorem, quãdo valeat, vide per Alex. in l. socer §. Lucius sub num. 4. ff. solut. matr.

Pactum soluendi certum quid occa-
13 sione societatis, nõ est vsurarium, licet officium non sit capax, Rota decis. 300. par. 1. diuers.

Pactum de retrouendendo est pars pretij, l. fundi partem ff. de contrahend. empt. & ideo dicunt Doctores, quòd quando intentatur remedium, l. 2. C. de rescind. vendit. debet in pretio extimari illud, quod importat pactum de retrouendendo, si in contractu tale pactum inueniatur, quod dicunt importare triginta pro quolibet centenario, vt latè per Didac. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 10. Socc. in cons. 16. col. vlt. lib. 1. Carol. Molin. de contract. quæst. 5. num. 117. & quæst. 35. num. 297.

Pactum, siuè liberatio vni facta, non
14 prodest alteri, Surd. cons. 170. vbi vide Capell. Tholos. quæst. 264.

Pactum vertitur pluribus modis, de quibus per Bald. in l. legem quam C. de pactis.

Pactum nudum nõ semper parit exceptionem, notat gloss. final. & notabil. in l. fin. C. quando liceat ab empt. disced.

Pactum contra substantiam contractus non valet, & vitiat contractũ, Rot. decis. 500. par. 1. secus si contra naturalia, vt ibi.

Pactum de non petendo simpliciter factum, restringitur ad quantitatẽ solutam, l. si ex maiore C. de except.

Pactum inter virum, & vxorem de cohabitando in certo loco valet, Capell. Tholos. decis. 87. vide Farinac. quæst. 143. §. sequitur.

Pactum nudum sine causa, non inducit præsumptionem donationis, l. iuris gentium §. sed cum nulla ff. de pact. & ibi not. gloss. & Bald. in fin. vbi affert intellectum ad l. si quis argentum C. de donat.

Ampliā vt habeat locum, etiam ſi ſtipulatio poſtea interponatur, Add. ad Bart. in l. Publia §. Titius ff. depoſit. vel contr.

Pactum nudū de iure Canonico parit actionem, cap. 1. de pact. limita vt ibi per Felyn.

Pacta omnia quæ fiunt in inſtrumento recipiunt vires vno, & eodem tempore, in concluſione inſtrumenti, Rot. deciſ. 756. par. 1.

Pactū de vendendo aliud eſt, & aliud venditio, Dec. in l. cum fundus §. ſeruum tuum imprudens num. 4. ff. ſi cert. petat. DD. in l. in bona fide ff. de eo quod cert. loc. Soccin. ſen. in l. ſi quis ab alio ff. de re iudic. latè Surd. conſ. 52. num. 15. & ſeq. lib. 1. vbi quod eſt licitum pœnitere num. 19. quod procedit vbi non fuit determinatum pretium, Alex. conſ. 29. numer. 5. gloſſ. in l. vendentis C. de contrahen. empt. & in contrarium vide deciſ. Vinc. de Franch. 330. Theſaur. deciſ. 233.

Pactum de non petendo reductionē cēſus, intelligitur reſpectu damni contingentis ſuper fructibus, non autem ſuper re, Rot. deciſ. 757. par. 1.

Pactum de non alienando, non impedit quominus, facta alienatione, dominium in alterum transfeat, l. ea lege C. de condict. ob cauſ. & ibi Bartol. quem vide in l. nemo paciſcend. ff. de pact. de quo latè per Gomez. ad l. 40. Tauri nu. 13. cum plurib. ſeqq. Mantic. de tacit. conuent. lib. 4. tit. 30.

Limitatur hoc non vendicare ſibi locum, quando eſt ſpecialiter illa res obligata in euentum alienationis l. ſi creditor. ff. de diſtract. pignor. Bart. in l. abſenti §. 1. ff. de acquir. poſſ. & vide Pract. Papienſ. in forma libell. actio. real. in verb. veris, ac legitimis num. 26. & ſeq. Peregr. de fideic. art. 51. num. 75. Vinc. de Franch. deciſ. 355.

Limitatur ſecundo, quando verba prohibitiua alienationis, referuntur ad præambulū ipſius actus alienandi, vt exempli gratia quando fit venditio ſub tali modo, forma, & conuentione, videlicet, quod ſi vētum fuerit ad aliquem actum alienationis, res ipſa ex nunc prout ex tunc, in venditorem reuertatur, & reuerſa intelligatur pleno iure, & in eum caſum conſtituis te ipſam rem ſuo nomine poſſidere, Pract. Papienſ. loco præcitato num. 24. Mantic. de tacit. conuent. lib. 4. tit. 30. Peregr. de fideic. art. 51. nu. 75. vide Surd. conſ. 331. num. 43.

Pactum quod ſtetur iuramento damnum paſſi, valet, Rot. deciſ. 467. eſt tamen aliquo pacto probandum.

Pactū de ſoluendo certum quid pro dote non ſoluta conſtante matrimonio, valet, Gomez. deciſ. 151.

Papa.

Papa mandans alicui aliquid, videtur excitare iuriſdictionem ordinariā, & non facere eum delegatum, niſi in literis dicat, authoritate noſtra, Felyn. in rub. de offic. iudic. deleg. in fin.

Papa vbi per mixtim de ſe, & Cardinalibus loquitur, appellat eos fratres, gloſſ. in cap. fundamenta in 1. in verb. fratres de elect. in 6.

Pares.

Pares in tempore, pares ſunt in iure, l. aliena res §. 1. ff. de pignorat. action.

Parochialis.

Parochialis Eccleſia, vt dici poſſit requirūtur multa, de quibus per Sarnen. ſuper reg. de Idiomate quæſt. 11. num. 5. & ſeq. Rot. dec. 52. par. 2. diuerſ.

Pater.

Pater, ob legitimati filij naturalis ingratitudinem erga ipſum, poteſt eſſe

ad primum statum naturalitatis reuocare, ita notatur in sing.dec. Bal.in cap.1. §.filij nati, in vltimis verbis si de feud.fuer. controu. inter dom.& agnat. quam notat Ludouic. Roman. in suo singul. 226. cuius est initium, vltimo quæritur, vbi dicit, habeo consulere, sed nescio quid faciam, & hoc dictum Bald. pro aureo commendat, & cõfirmat Cremen. notabili 19. incipit tu scis, & dicit se alibi non legisse, Iaf. in l.ex hoc iure col.10.vers.secundus effectus ff.de iustit.& iure, refert, & sequitur Catellia. Cotta in suis memorabilib. in verbo ingratitudo filij, & repetit etiam in verbo legitimatio: & ideo Xenophon in vita Cyri, scribit legem apud Persas editam, qua ingrati à quocunque de populo accusati, à Prætore puniebantur: quia ingratitudo Deo, patriæq; inuisa est, & confirmatur per casum singularem in l.Titius puerum ff.de obsequijs vbi seruus factus liber, propter ingratitudinẽ reuocatur ad seruitutem, dato etiam, quòd pro beneficio patronus pecuniã accepisset.

Pater non potest prohibere alienationem bonorum pro dotando filias, etiam expressè, si non adsunt alia bona, Castrens.conf.80. lib.1. Iaf.in Auth. res quæ col.fin. versic. decimotertio C.de fideic. Ambro. de Opin. in repet. §.Diui nu.132. Soc.iun.num.148.& ibi Rip.num. 73.ff.de legat.2. Dec.cons.519. Io: Lopez in repet. rub. de donat. inter vir.& vxor. §.16. nu.14. Guid. Pap. decis.96. Boer.decis.129. nu. 5.Bellon.conf.83.num.6.

Pater non potest obligare bona aduentitia filij, Rot.decis.622.par.1.

Pater potest secundogenitum in vita militia exhæredare, Napod. in cõsuet.mulier de alim.præst. fol.226. vers.ad istam consuet.

Pater bannitus, an amittat vsumfructum rerum acquisitarum per filium. vide supra in verb.Bannitus num.7.remissiuè.

Pater, mater, & fratres filio intestato decedenti, an æqualiter succedãt, videto supra in verbo filius n.30.

Pater qui successit filio vna cum alijs filijs ex eodem matrimonio, licet postea ad secunda vota transeat, non amittit proprietatem, retento vsufructu, quia nullam injuriam filio defuncto facit, Ripa in l. fœminę §. illud C. de secund. nupt. num.2.

Declara hanc opinionem esse veram, quantùm ad bona quæ defunctus filius aliundè habuit, quàm à parente prædefuncto: quantùm verò ad bona prædefuncti parentis ad filium peruenta, transiens ad secunda vota, proprietate priuatur, tex.est in l.mater ad Tertull.ratio est, quia licet per transitum ad secunda vota, nõ fuerit filius defunctus iniuriatus, fuit tamen iniuriatus defunctus coniux, §. prospeximus in Auth. de non eligend. secund.nuben.

Et an pater, retẽto vsufructu partis suæ, habeat vsumfructũ in portionibus filiorum qui cũ eo simul successerunt fratri defuncto, vide Ripam latè in d. l. fœminæ §. illud num.3.

Pater mariti est obligatus pro restitutione dotis, etiam si filio sit soluta, Bar.in l.sanè ff.de iur.dot.Dec. cons.519. num.2. Bal.de dote par. 7.priuil.34.num.1.

Pater non tenetur propter officium filij, l.si filius famil. C. ne filius pro patr.conuen. & è contra, quod ita est intelligendum, vt ibi gloss.

Pater non agit nomine proprio pro dote, mortua vxore cum filijs, sed administratorio nomine, Bursat. cons.357.num.18.

Pater

Pater remittendo ius, quod habet, quando videatur præiudicasse filijs, vide Salyc. in l. fin. C. de bonis liber.

Pater qui dissipat bona, quibus remedijs coerceatur ad commodum filiorum, vide Salyc. in l. fin. C. si in fraud. Surd. cons. 76. num. 8.

Pater ante litem contestatam, procuratorem constituere non potest, nisi cum consensu filij, qui infantiam excesserit, Roman. cons. 241.

Pater adoptiuus nõ succedit filio ab intestato, l. cum in adoptiuis C. de adopt. Put. decis. 505. lib. 2. sed benè filius adoptiuus succedit patri, Put. vbi sup. decis. Pedem. 75.

Pater qui ob delictum priuatur bonis, amittit quoque vsumfructum bonorum filij, Surd. cons. 76. num. 8. idem si efficiatur non soluendo, DD. in l. si constante ff. solut. matr.

Pater iniuriam commissam, & illatã
15 in personam filij familias per cõiunctam personam, remittere non potest, Bartol. in l. Lucius ff. solut. matr. refert, & sequitur Hip. in l. Diuus Adrianus in pincip. ff. ad l. Pomp. de parric. nàm grauius fertur iniuria quæ fit à propinquo, & coniuncto, quàm quæ fit ab extraneo, text. in l. cum oportet, & ibi Bald. C. de bon. quæ lib. quem refert D. Ioan. de Arnon. dialog. 48. fol. 66.

Patres, & domini lenocinium in fi-
16 lios, vel ancillas cõmittentes, patria, & dominica potestate priuãtur, necnon metallorum pœnæ subijciuntur de iure communi, vt in l. fin. C. de spectacul. & scen. lib. 11. l. si lenones C. de Episcop. audient. Reg. Rouit. in prag. 1. sub rubr. de lenonibus.

Patronus.

Patronus si sit negligens in præsentando, potestas conferendi deuoluitur ad eum ad quem pertinebat institutio, Abb. in cap. cum vos de offic. ord n.

Patronus non sufficit quod intra tẽpus nominet in præsentãdum, nisi etiam præsentet, Lup. allegat. 75.

Patronus potest reficere Ecclesiam sine licentia Episcopi, vt retineat iuspatronatum, Felyn. in cap. cum accessissent num. 33. de constit.

Patronus, diruta Ecclesia, non potest repetere dotem, nec etiam ex pacto, Rot. decis. 695. par. 1.

Patronus consentiens prouisioni factæ per resignationem, an dicatur esse in quasi possessione præsentãdi per obitum, Rot. decis. 792. nu. 9. par. 1. consensus tamen habet vim præsentationis, Rot. dec. 534. par. 1.

Pecunia.

Pecunia æstimata, vel alicui data cũ pacto, quòd sub eadem æstimatione reddatur, tamen si pecunia deterioretur in æstimatione, debet reddi in æstimatione facta tempore traditionis, Bart. in l. pen. §. mancipia ff. solut. matr. Bar. & DD. in l. Paulus respõdit ff. de solutionibus, pract. Papie. in form. libell. in act. hypot. in verb. relaxandum iure pignoris, & ibi Add. Soc. iun. cons. 145. vol. 1. num. 94. Abb. in cap. olim causam de censib. & in cap. quanto nu. 12. de iureiurand. vide Put. decis. 151. lib. 2.

Pecunia præsumitur versa in vtilitatem alicuius, si res cuius gratia fuit accepta pecunia, reperiatur refecta, Paul. Castrens. in l. fin. ff. de exercitor. act. Doctr. in l. Ciuitas ff. si cert. petat. Alber. in l. Auth. ius porrectum num. 7.

Pecunia destinata ad vnum effectum non potest minui, nec in aliam causam cõuerti, l. 2. C. de frument. Vrb. Constantinopol. vbi Bartol. lib. 11.

Pecunia si sit debita vti species, de-

ea

ea indicatur vti de specie, etiam ratione fructuum, Rota corã Orano in Romana Saluiani interdicti 20. Nouembris 1691.

Pensio, & Pensionarius.

Pensio censetur commensurata fructibus rei locatæ, gloss. in l. 1. §. qui super speciem ff. de superficial. Rota coram Coccino in Paduana decimest. 23. Ianuarij 1602.

Pensio iusta est, ad rationem quinque pro cẽtenario, Corn. cons. 224. lib. 3. Guid. Pap. consil. 180. Cuman. cons. 181. Neuizan. cons. 77. num. 28.

Pensiones dicuntur fructus percepti iudicio testatoris, Bart. in l. in fideicommissariam ff. ad Trebell. & in l. postulante §. fin. eod. tit.

Pensio exacta ante expeditionem litterarũ, annullatur stante decreto Rotæ coram Penia in Brixiens. pensionis 11. Decembris 1600.

Pensio reseruata super duobus beneficijs, venit soluenda insolidum à quo elegerit creditor, si beneficium est capax, Seraphin. decis. 1429.

Pensionarius regulariter tenetur cõtribuere pro rata pensionis, ad solutionem oneris impositi super fructibus beneficij, Rot. dec. 161. par. 2. diuers.

Pro pensione bona inuecta, & illata in fundum conductum, sunt tacitè obligata, l. si nõ indũcta C. in quib. caus. pign. vel hypot. tacitẽ contrah. & per M. C. V. de consuetudine expediuntur litteræ executoriales, quibus vtitur exfractationis tempore: sed declara hoc procedere si bona sunt conductoris, aliàs secus d. l.

Pensionem perdit locãs quando meretrices, quæ conduxerunt domos expellũtur, D. Ricc. resol. 153. vol. 2. idem sẽtit in locationibus scholaribus, Reg. Ronit. in prag. 4. nu. 5. & sequent. Nauarr. in manual. confess. 117. num. 194. & seq.

Percutiens.

Percutiens Clericum quando incurrat pœnam Canonis, vide supra in verbo offendens vers. 1.

Periurus.

Periurus an sit qui promisit cum iuramento tali die soluere, & non soluit, & creditor remisit ei iuramentum, vel præstitit ei dilationẽ ad soluendum.

Prima frõte videtur quòd sic, quia
17 omne iuramentum principaliter tendit in Deum, quia obligatio primaria acquiritur Deo, cap. debitores de iureiur.

Contrarium tamen procedit in casu nostro, in quo iuramentum concernit ad commodum creditoris, vnde ipso remittente, remittit Deus; & hæc sunt verba Panhor. in cap. 2. in fin. extr. de spons. vbi in 3. not. notat, & facit cap. 1. de iureiur. & cap. significauit de censibus.

Periurus, licet non audiatur agendo, tamen potest excipere, Surd. cons. 166. nu. 16. & cons. 37. vide alia supra in verbo absolutio, & in verbo iuramentum.

Periurus non auditur, quod procedit super eodẽ contractu, non autem super alio, Rot. dec. 97. par. 2. diuers. in fin.

Perpetuum.

Perpetuum dici potest cuius terminus est incertus, gloss. in cap. fin. extra de rescript. in 6.

Persona.

Personæ priuilegiatæ quæ habent beneficia, sunt mulier, minor, Ecclesia, seu ecclesiastica persona, & Vniuersitas, Affliã. decis. 210. incipit multæ sunt personæ, latè Muscatell. in sua prax. par. 6. gloss. priuilegiata, vbi videas an sit differẽtia inter personas priuilegiatas, & mise-

miserabiles, & quod meretrices cõnumerantur inter personas miserabiles, idem Muscatell. ibi nu. 2. in fine.

Limita in rustico paupere, & infirmo debilitato, & similibus, quia eis non dantur beneficia ad pinguius probandum, & ita in practica seruari testatur d. Muscatell. vbi supra num. 7. qui allegat Afflict. in in constitut. iusti cultores num. 7. vbi quod pauperes sani, & robusti non gaudent priuilegio miserabilium personarum, sed circa prædictos putat magnopere operari Iudicis arbitrium.

Nota quòd primum, & secundum beneficium vocantur prima, & secunda restitutio in integrum, vt ex text. in cap. fin. & ibi Abb. not. 1. extra de restit. in integrum Afflict. in consti. paternorum in 10. not. & probatur in constit. beneficium, & ibi Afflict. & Grammatic. num. 3. & terminus in hoc Regno ad petendum primum beneficium est post notificatam publicationẽ infra 30. dies, & ad petendum secũdum si non adest publicatio infra alios dies 30. à die conclusionis, vt in prag. 10. sub tit. de ord. Iudic.

Aduerte quòd hoc beneficiũ erit personale inter consortes eiusdem litis, vt per Afflict. in dec. 213. quãdo causa erit diuidua, secus autem si indiuidua, & connexa: nam tunc non erit personale, sed extẽdetur ad eiusdem litis cõsortes, & si maiores, vt latissimè prosequitur idẽ Afflict. in constit. obscuritatem in 14. quæst. num. 21. vbi etiam cõfirmat, quòd si tres fuerint conuẽti, inter quos fuerit vnus minor, alij verò maiores, si processus fuerit nullus respectu minoris, erit etiam nullus respectu aliorum maiorum, per tex. in l. in hoc iudicio ff. famil. ercíscun. & quod multoties beneficium quod cõpetit minoribus, prodest etiam suis fideiussoribus, vt generaliter quando interuenit dolus aduersarij, vt in l. 1. & 2. C. de fideiuss. min. & in l. 2. ff. de admin. tut. latè Muscatell. in sua prax. par. 6. gloss. in integrum numer. 9.

Pertinentia.

Pertinentiæ cõtinent omnia accessoria ad aliquam rem, Add. ad Alex. in cons. 43. lib. 1.

Pertinentiæ qualiter probantur: & quid comprehendat cõcessio cum iuribus pertinentibus, & integro statu, vide remissiuè Napodan. in procemio Regis Caroli fol. 53. litt. E. vbi quod districtus differt à territorio, & plus se extendit, quàm territorium, quia intelligitur etiã in mari; vt per Bald. in cap. licet causam de probation. refert latè Dec. cons. 161. num. 19.

Petens, & Petitorium.

Petens condemnari secundùm ius, intelligitur petere condemnari secundùm consuetudinem, quæ seruatur, notatur in addit. ad Bal. in l. 2. C. de bonis quæ lib. & vide Bart. in l. de quibus sub num. 9. ff. de legib.

Petitorium non potest suspendi in possessorijs mixtis, Gabriell. cons. 44. num. 16. in fin. lib. 1.

Petitorij suspensio præiudicat in eodem iudicio, & inter easdem personas, Ces. de Graff. dec. 7. de sent. & re iud. Surd. dec. 7. si tamen partes patiuntur discuti petitorium, videntur recedere à suspensione, Seraphin. decis. 458.

Petitorium, si ab vno intẽtatur, & ab alio possessorium, debent eadem sententia terminari, alioquin Iudex grauat, Ces. de Graff. decis. 10. num. 10. de sent. & re iud.

Petitorium cẽsetur intentatum, vbi petitur restitutio vacua, libera, &

& expedita, Dec. conſ. 62.

Petitorium habet in ventre poſſeſſorium,& cenſetur commiſſum vtrũque iudicium, niſi adſit taxatiua, Seraphin.deciſ.253.

Petitorium, & poſſeſſoriũ cumulari, eſt parui præiudicij,& à Principe concedi cõſueuit, Natt.conſ.505. ſub num.2.lib.3. Marcheſ.tract.de ſignat.cap.2.par.1 num.97. & ſeq. vide deciſ.Seraph. 575. Grammat. deciſ.15.

Pignoratitia,& Pignus.

Pignoratitia actione experitur debitor,vbicunque per creditorem
18 ſtetit ne ei ſoluatur depoſita, vel oblata à debitore pecunia in iudicio, vt notat Accur. in l.aliena res §.1.ff.de pignorat.actione.

Pignus quando poſſit alienari,& quæ
19 ad eius alienationem requirantur,gloſſ.& Bart.in l.ſi conuenerit ff.de pignorat.act.

Pignoris alienatio quando præiudicet creditori, videas Bar.in l.ſicuti §.nõ videtur ff.quib.mod.pign. ſoluat.l.fin.C.de remiſſ.pignor.

Pignus prætorium quomodo in rebus incorporalibus conſtituatur, vide gloſſ.in l.1.C.de prętorio pig. Bart. in l.à Diuo Pio §. ſic quoque ff.de re iud.& ibi Alex. quę videas omninò.

Piſcationes.

Piſcationes, vide infra in verbo venationes.

Plura,& Pluralitas.

Plura bona extare, aſſerenti incumbit onus probandi, ſiuè factum ſit inuentarium,ſiuè non, Hercul.de neg. numer. 156. Surd. conſ.73. Becc.conſ.100.nu.22. Surd.conſ. 196.nu.67. vbi quod nulla eſt præſumptio,vide Menoch.de prę ſumption. lib.6. præſumpt.26. num.4. & 5.

Pluralitas reſoluitur in ſingularitatẽ, Rot.deciſ.804.par.1.diuerſ.

Pluralitas rerum præſumitur, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 23. vbi diſtinguit, vide omninò Maſcard. de probat. concluſ. 778. vol.2. in fin. Alex.conſ.55. lib.1. Math.Brun. conſ.127.nu.4.& 30. Crauet.conſ. 198.

Pluralitas in nominibus hominum non præſumitur, Felyn. in cap. 2. num.1. de libell. oblat. vide Aret. conſ.103. ſub num.3. Boſſ.tit. de captura num. 41. Alex.conſ.172. lib.6.Gomez.ſuper regul.de annali quæſt. 31,& 32. num.7. Caſſad. dec.5.nu.7.ſuper regul. Veg.conſ. 9. Crauett. conſ.249. Iaſ.conſ.70. num.3.lib.1. Peregr.de fideic.art. 44.num.45.

Pluralitas,licet non præſumatur, fallit tamen in probationibus contra probare debentem, quia præſumitur,Rot.deciſ. 441.par.1.

Pluralitas debitorum,vel cauſarum non pręſumitur,Crauet.conſ.158. num.13.

Pluralitas quietantiarum arguit pluralitatem ſolutionum, Surd.conſ. 80.lib.1.

Limita, vt per Add.ad Alex.conſ. 4.num.4.lib.1.

Pluralis locutio debet verificari,ſaltim in duobus, gloſſ.in §. præiudiciales,& ibi Aret.num.2. inſtit.de act.l. vbi numerus C. de teſtibus, Felyn. in cap. humanum genus 1. diſtint.& ibi quando pluralitas reſoluatur in ſingularitatem, Add.ad Ang. Aret.in tract.malef.

Plures.

Procurator non admittitur in cauſſa criminali arbitraria, Felyn.in cap. cum te num.3.de re iud.
Limita data in validitate, vel nullitate accuſationis, vel inquiſitionis, quia tunc admittitur ita ſing. Bal.conſ.106.

Procurator cum libera,dicitur habere ſpeciale mandatum, Mant. deciſ.11.

Procurator ſubſtituit procuratorem duobus modis Bart.in l.de curatore num.6.ff.de curat.bon.dan.Bellam.deciſ.6.

Procurator ſubſtitutus, poteſt ſubſtituere poſt litem conteſtatam, Aſſin.in ſua prax. §.3. cap.14. cum ſit effectus dominus litis vide infra num. 27.

Procurator qui non poteſt eſſe in prima inſtantia, nec etiam in ſecunda,Roman. conſ.384.

Procuratoris reuocatio ſufficit quod fiat apud acta, abſque aliqua intimatione, Caſtr. in l.1. C.de ſatiſdat.Put.deciſ.114.lib.2.vide Grat. diſcept. forenſ. diſcept.191. numer.26.

Procurator tenetur cepta adimplere,

ac facta conseruare, Cassad. decis. 1.num.5.de renunt.

Procurator cum quo fuit lis cõtestata, debet ad successiuos actus citari, aliàs processus est nullus, Math. Brun.cons.63.in fin. Afin.in sua prax.§.3.cap.13. & durat etiam in secunda instantia, Bellamer. decis. 530.

Procuratores, vel defensores non tenẽtur iurare super defensionibus, etiam si sciant veritatem, cùm aduersarius possit cógere principalem, l.generaliter §.his de præsentibus C.de iureiur.si verò nesciunt veritatem, tantominus tenentur, ità concludit Iaf.in l. iusiurãdum, & ad pecunias §.defensor ad fin.ff. de iureiur. & refert d.Ioan.de Arnon.coment.28.fol.mihi 83.

Procurator potest constitui per litteras priuatas, Dec. in cap. significauit, de appell. Honded.cons.55. num.1.lib.1.Mant.decis.100.

Procurator præsumitur qui differt litteras, seù mandatum in quo dicat se nominatum, Menoch. de præsumpt.lib.2.præsumpt.35.

Procurator non potest expedire cõtinentia gratiam, Felyn.in cap.ex parte Decani de rescript.num.28. & ideo non potest conueniri ne citetur ad videndum iurare testes; nec minus consentire clausulæ, appellatione remota, Felyn. in cap. suborta num.1.extr.de re iudic.

Procurator inhabilis ad iudicia, an possit substituere alium, vide cap.si religiosus clem. de procuratorib. & ibi Abb. & an sufficiat illum habere mandatum generale ad substituendum, vel requiratur speciale, vide Felyn.in cap.post cessionẽ de probat. Bald. qui dicit, quod si habet mandatum ad substituendũ, potest substituere, in l.procurator est de procur.§.dari autem in sua addit.vide Bellamer.decis.143.& 182.& 730. & an procedat in beneficialibus, & possessorijs, vide Put.decis.167.lib.1.aliàs 157.Beltran.cons.87.lib.1.

Procurator quando dicatur constitutus à Capitulo, vel à particularibus personis, distinguit Bellamer. decis. 10. vbi quando constitutus à Capitulo prę iudicet personis particularibus.

Procurator ante litem contestatam non potest substituere, nisi habeat à domino facultatem substituẽdi, cap.1.de procura.in 6.l.quod quis C.de proc.Roman.cons.241.num. 8.& facta substitutione, non potest reuocari, nisi habeat in mandatis, Oldrad.cons.130.num.2.

Procurator qui restituit instrumenta potest petere à domino sibi fieri instrumentum de recepto, & compellitur, vt ex tex.gloss.& Bal.in l. si mulier C.de pact.conuent.

Procurator ad exigendum non obligat ex confessione de recepto, Tiraq. de retract.cõuent.§.4.glos.6. nu.11.& seq.vbi de tutor.& curat.

Procurator vt quis dicatur requiritur eius expressus consensus, l. filiusfam.§.inuitus ff.de procurat. Limita non procedere in consanguineo, qui si sit præsens præsumitur officio procuratoris consentire, Iaf.in l.quæ dotis nu.71. & seq. ff.de solut.matr.

Amplia limitationem procedere in valdè amico, quia idem ius statuitur, in valdè amico, quòd in cõsanguineo, Iaf.in d.l.quæ dotis nu. 72.& 74.idem Iaf.latè in l.exigendum C.de procurat.vide Felyn.in cap. coram dilecto de offic. Iudic. delegat.

Procurator falsus æquè dicitur, qui non habet mandatum, vel fuit reuocatus, gloss. in l.falsus C.de furt.

Procurator qui excedit fines mãdati sciente, & patiente mandante, il-

lum

lum obligat, Rolan.conf.70. num. 30.lib.1.Matth.Brun.conf.16.numer.21.

Procurator constitutus contra certā personam,non potest agere contra alium, Bellam.dec.314.& 746.vbi de habente mandatum limitatum ad causas deuolutas.

Procurator qui confessus fuit habuisse non obligat constituentem, nisi in mādato adsit clausula se ratum, & gratum habitorum, cum iuramento,Castren.conf.409.lib.1.vbi considerat quando esset constitutus ad vtilitatem ipsius procuratoris.

Procurator in omittendo præiudicat domino,Rot.decis.719.par.1.

Procurator in rem suam quis dicatur,vide remissiuè Felyn.in cap.licet vndique de offic.deleg.& Rot. decis.174.par.2.diuers.

Procurator ad respondendum positionibus debet habere speciale mandatum,cum insertione responsionis, Neuizzan.conf.7.num. 13. gloss. in cap.1. de Iudic.in 6.pract. Papien.in formul position.in glos. in verbo Simonius, Vestr. in sua prax.lib.5.cap.14.num.11.Batt.in l. qui bona §.si aliena ff. de damn. infect.Menoch.de arbitr.Iud.vide Osasch.decis.Pedemont.113.

Procurator substitutus non potest alium substituere, Oldrad. conf. 1130. & quid operetur clausula promittens ratū habere quidquid factum fuerit, Felyn. in cap. licet sub num.7.de offic.ordinar.

Limita quando est effectus domi-
27 nus, litis Addent.ad Vestr.in sua prax.lib.4. cap.5.num.36. Aret.in §.præterea num.38.institut. de except. & ibi quid de procurat. ad negotia.

Prodigus.

Prodigus non potest cōtrahere quasi contrahere,testari,vel codicillari, quia propter tale vitium præsumitur carere sensu , & intellectu, & æquiparatur furioso, Anton. Gomez.var.resolut.lib.2. in tit. de restit.min.num.30. vers.4. & principaliter prohibetur nu.262.ex tex. in l.his qui ff.de tut.& curat. & idē in l.3.Tauri nu.14. vers. item prohibetur testari prodigus, Vinc. de Franch. decis.672.num.14. & dec. 598. num. 3. quod competant ei eadem priuilegia, quæ conceduntur minoribus: & an ei competant primum,& secundum beneficium, vide ibi num.1.

Proditores.

Proditores an dicantur emittentes ictum scopittæ,vide infra in verbo sclopus per totum.

Producens,& Productio.

Producens instrumentum nō approbat enunciata in eo,Cæs.de Grass. decis.6. tit.de re iud. Paris in cap. cum venerabilis nu.58. de except. & quod possit pro parte acceptari,& pro parte impugnari, gloss. in cap.13. distinct.37. vide decis. Pedem.39.in contrarium , Castrens. conf. 331. lib. 1. Angel. conf. 132. præsumitur tamen scire omnia in eo contenta,Anchar.conf.170.nu. 6.Crauett.conf.193 nu.7. Verall. decis. 193. par.1. Gabriell. conf. 148.lib.2. num.17. secus si productio fuit facta ad effectum impugnandi,Crauett.conf.175.num.7. & an possit illud dicere nullum, Bart.in l.post legatum num.2.ff.de his quib.vt indign.

Producens instrumētum videtur affirmare omnia quæ in eo continētur,& illis assentire, l. qui pecuniā ff.de leg. 1. Castrens.conf.369. sub num.2.lib.2.Paris conf.79.lib.3.& conf.125.lib.2. Aymon.conf.201. & contra producentem plenè probat Honded.conf.52. num.29.lib. 1.nec potest dici de errore, Surd.

conf. 5. num. 37. & 38, lib. 1.
Declara vt procedat super dispositiuis, secùs super enunciatiuis, & incidenter enarratis, Dec. in cap. cum venerabilis nu. 94. de except. vbi Fely. nu. 22. latè Ces. de Grass. decis. 16. num. 6. de probat. quia enunciata videtur fateri quando pertinent ad materiam, Natt. cons. 333.
Declara etiam, vt non procedat, quando producitur ad effectum impugnandi, Crauett. cons. 175. num. 7.

Productio scripturarum limitatè facta ad eas tantùm restringitur, nec potest Iudex in alijs se fundare, Gabriell. cōs. 40. lib. 1. in fin. Honded. cons. 39. num. 67.

Prohibens, & Prohibitio.

Prohibens aliquem testari qua pœna puniatur, videas per Menoch. latissimè de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 4. cas. 395. vbi cumulatissimè; & quæ requirantur, vt quis dicatur prohibuisse aliquem testari, Socc. iun. cons. 148. lib. 2.

Prohibitio generalis comprehendit specialiter priuilegiatos, l. in fraudem ff. de milit. testam.
Limitatur vt non procedat quando istud priuilegium est in illa re specialiter concessum, vt est tex. in §. sed si instit. de exhæredat. lib. & ibi gloss. in verb. occupatus.
Limita etiā non procedere quando istud priuilegium esset insertū in corpore iuris, gloss. in Auth. qua in Prouincia C. vbi de crimin. agi oport. Ias. in l. quod Principi num. 16. ff. de legib.

Prohibitio de non vendendo, non comprehendit alienationem in vltima voluntate, Rip. in l. hæredes mei §. cum ita numer. 16. ff. ad trebell.

Promissio, & Promittens.

Promissio hominis facit cessare promissionem legis, l. fin. C. de pact. conuent. declara vt Rot. in decis. 279. num. 7. par. 2. diuers. Roman. cons. 121.
Limita vt per Menoch. de presūpt. 190. lib. 4. num. 39. Bart. in l. si cum dotem ff. solut. matrim. Ias. in l. 2. C. de iur. emphit. Alex. cons. 118. lib. 5. in fin.

Promissio de soluendo centum, & illud plus, quod fuerit iudicatum nō suspendit executionem, Socci. in l. pecuniam ff. si cert. petat. Surd. cons. 38. num. 24. & 25. lib. 1. Munoz. de ratiocin. cap. 33. num. 27. & seq.

Promissio rei quæ nondum extat, tacitam conditionem habet, l. interdum ff. de verb. obligat. Bart. in l. diem functo ff. de offic. assess. & hoc procedit non solùm quoad dandum, sed quoad acquisitionem, l. si seruus communis ff. de stipul. seruor. Bart. vbi supra.

Promissio de non reuelando secretū, etiam cum iuramento non tenetur, si promissor postea adhibeatur in testem, Capell. Tholosan. quæst. 241.

Promissio de aliquid dando, si pulsabitur ad vesperas, & in euentum, quòd non pulsetur de aliquid recipiēdo valet, Castren. in l. à Titio ff. de verbor. obligat. Socc. iun. in l. filius fam. §. diui num. 109. ff. de legat. 1. quod est notandum pro scōmissis, & de hoc videas nouissimè per Vincent. Carocchium Indēt. in suo tract. de deposit. p. 1. caus. 2.

Promissio de vendendo non æquiparatur venditioni, Thesaur. decis. 233. Surd. cons. 52. & 372. & limita vt ibi per eum tribus modis.

Promissio indemnitatis cōtinet promissionem defensionis, Surd. cons. 150. lib. 1. & est in damno eo ipso quod est obligatus, Seraphin. decis. 593.

Pro-

Promißio dotis facta marito, nō queritur marito sine cessione, Siluan. cons. 13. num. 11.

Promißio generalis cum exceptione incerta, vitiatur in totum, Surd. cons. 449. num. 4.

Promißio cum stipulatione, cōtemplatione legati, reuocatur reuocato legato, Ruyn. cons. 61. num. 7. lib. 2. Rota coram Seraphino decis. 417. Bald. in l. fin. C. de constit. pecun. vers. extr. quæritur Ruyn. cons. 182. num. 21. lib. 1. & cons. 16. lib. 2. num. 13. Natt. cons. 73.

Promittens quidquid constiterit aliquem debere, si antequam constet moriatur, promissor non tenetur, l. qui Roma §. Augerius ff. de verbor. oblig. Gomez. in tract. vltim. volunt. tit. de qualitat. contract. n. 36. in fin. vide Castrens. cons. 63. lib. 2. in fin. Paris cons. 121. num. 5. & seq. Munoz. de ratiocin. cap. 34. num. 8.

Promittens id quod alter verè debebat, licet certitudo debiti non demonstretur, nihilominus promissio tenet, Roman. cons. 502. nec est opus, vt exhibeatur instrumentū, vel quod debitum rei principalis probetur, Aret. in §. idem curis sub num. 23. instit. de except.

Promittēs se obligaturum ad decem potest cōtingi vt soluat, Mant. de tacit. conuent. lib. 3. tit. 15. nu. 84. Iaf. cons. 70. lib. 1. num. 9. Grat. discept. forens. cap. 115. num. 24.

Promotiones.

In promotionibus infidelitas conuersi non nocet, cap. eam te de rescript. & limita tribus modis, vt per Felyn. ibi num. 12.

Proprietas.

Proprietas pro præstatione alimentorum non debet vendi, l. qui bonis ff. de cess. bonor. & sic quando filius nō potest, nec vult stare cum patre, tenetur pater ei alimenta præstare de fructibus bonorum paternorū, maternorum, & de bonis quæ ab agnatis, & cognatis obuenerūt iuxta numerū personarū: & dicit Neapod. in cōsuet. si quis habet de alimentis præstand. in glos. 1. in fine, quod fiet quædam massa, seù quaternus de fructibus, & fiet diuisio in vtilem iuxta numerum prædictum, numerata persona vxoris: & si fructus bonorum non sufficiunt pro patre, & filijs, sunt dandi patri, Vinc. de Franch. qui alios allegat in decis. 336. num. 3. quia omnis perfecta charitas incipit à se ipso, l. præses C. de seruit. & aqua. vbi Bal.

Proprietas quartæ ad quem spectet, vide infra in verbo quarta versic. quartam lucratur.

Prorogatio.

Prorogatio termini debet denūciari Iudici remisiuè, Verall. decis. 402. par. 2. & debet fieri parte citata, Castren. in l. continuus §. cum ita num. 6. ff. de verb. obligat.

Prosequi.

Prosequuta, magis quā petita attendi debent, Iacob. de Sancto Giorgio in l. 2. num. 5. C. de Iudic. Castrens. num. 5. Felyn. in cap. licet velli extra de simon. maximè si causa sit commissa summariè, Rot. dec. 132. par. 2. diuers.

Protestans, & Protestatio.

Protestans, siuè interpellans non tenetur exhibere instrumentum de eo quod ille cui fit protestatio, facere tenetur, Alex. cons. 206. num. 8. lib. 7.

Protestatio in ijs quæ dependent à iure nihil operatur, vt notatur in l. alimenta C. de negot. gest. Dec. in l. vinum num. 5. ff. si cert. petat.

Protestatio in iudicialibus debet repeti in quolibet actu, aliàs videtur renunciatum, Verall. decis. 403. par. 2. Becc. cons. 22. in fin. Put. decis.

cis.218.lib.2. Seraphin.decis.502. & 1407.

Protestatio derogatoria præcedens inest actui subsequenti, etiam contrario, ita Bart.& Alex.in l. pacta nouissima C.de pact.quod declara vt per eos.

Protestationi in ijs quæ depēdent ab animo protestātis statur, l.qui aliena §.fin.ff.de acquir.hæred.

Declara vt procedat quando est clara, & specificat animum protestantis, vt colligitur ex illa l & tradit Marant. in 3.par.princip.num. 150.vers.& quandoq; appell.

Protestatio facta Procuratori non tenet, Cæs.de Grass.decis.3.de restitut.spoliat.num.11.

Protestatio dependēs à volūtate protestantis, si Iudex illam nolit attēdere in actu subsequenti debet repeti, aliàs videtur ei renunciatum, Abb. in cap. 1. sub num.16.& 17. de litis contest. & propterea credo bonam practicam in qua dicitur saluis, & repetitis protestationibus aliàs factis.

Protestatio contraria facto, in iudicialibus vitiatur, si protestatio nō fuit reiecta, & factum sortitum fuit effectum, Dec.in cap. solicitudine vbi plures allegat de appell. Alex. in l.non solùm §. morte vers.vnde dici potest ff. de noui oper. nunc. Put. decis.396.aliàs 380.lib.1. & quando saluari possit, vt non sit cōtraria facto, si factum possit multipliciter intelligi, Abb. in cap.1. num.17.de litis contest.Surd.cons. 31.lib.1.& cons.143.nu.59. Honded.cons.96.num.16.lib.1.

Protestatio quod non fiat executio super tali re, quoniam, est suaimpedit illā, Alex. in l à Diuo Pio §. si super reb.nu.9.ff.de re iudic.Roland.cōs.5.lib.2. Peregr.de fideic. art.48.num.18.in fin.

Protestatio sequuta post actum, non releuat, Gabriell.cons.65.num.8. lib.1.Surd.cons.196.num.40.

Prouocatus.

Prouocatus verbis iniuriosis, si offenderet cum gladio non debet puniri pœna corporali, sed pecuniaria, quia quando ex aliqua causa minoratur pœna, tunc pœna minorata non intelligitur corporalis, sed pecuniaria; latè per Hippolit.Marsil.in l.1. §.Diuus Adrianus ff.ad l.Corn.de Sicar.

Prouocatus ad pugnam quamuis aliquem interficiat non tenetur ad interesse, vide supra in verbo homicida num.39.

Proxenecta.

Proxenectæ officium est tractare, nō concludere, nisi habeat ad hoc mandatum, Bald.in l.multum interest num.8. C.si quis alteri, vel sibi Benint.decis.61.

Publicanus, & Publiciana.

Publicanus non tenetur instruere trāsgredientem, l.fin. §. Diui quoque ff.de publican.& vect, Roland. cons.42.lib.3.

Publiciana quando detur hæredi, & quæ requirantur, Gabriell.consil. 45.lib.1.

Publiciana non datur contra titulo possidentem, Alex. in cons.71.nu. 2.in fin.quod declara, vt per eum d.cons. in fin. nisi habeat titulum ab eodem.

Publiciana competit hæredi ex persona sui authoris, probatis requisitis, latè Gabriell.cons.32.lib.1.

Pupillaris, & Pupillus.

Pupillaris substitutio tacita, regulariter continetur in vulgari expressa, l.iam hoc iure ff.de vulgar.& pupill.gloss.in verbo ad exemplum §. qua ratione instit. de pupill.subst. Limitatur primo, vt non procedat quando ista substitutio esset facta simul maiori, & pupillo, l.quamuis C.de impub.& alijs substit.

Limi-

Limitatur secundo, vt non procedat quando constaret de voluntate patris nolentis pupillarem tacitam in vulgari comprehendi, l.iam hoc iure §. fin. in verb.si voluntas parentum non refragetur ff.de vulg.& pupill.subst.

Tertio limitatur non procedere si pater fecit suo filio vulgarem, & pupillarem, prouidendo ei in omnem casum, nam tunc expressum facit cessare tacitum, l. cum ex filio ff.de vulg.& pupill.subst.

Limitatur quarto quando vulgaris esset facta per dictionem taxatiuam, Ias.in l.iam hoc iure eodem titulo.

Quinto, & vltimo limitatur, vt non admittatur contra matrem, gloss. in l.precibus, C.de impub. & aliis subst.sequitur eam Bart. & omnes in l. 1.ff.de vulg.& pupill.

Pupillaris substitutio vide infra in verb.quot num.34.& in verb.substitutio, & substitutus nu.47.& 49.

Pupillus non obligatur, si debitor ei sine authoritate tutoris soluerit, §. ex contrario instit.quib.alien. nō lic. & §. is quoq; instit.quib. mod. re cōtrah.oblig. nec etiam ex mutuo, gloss. in d.§.is quoque.

Limitatur vt non procedat, si erit proximus pubertati, vt colligitur ex gloss. à contrario sensu in verbo datione d.§.is quoque.

Pupillus quamuis diues, dicitur miserabilis persona, Rolan. conf.76. lib.1.in fin.contr.conf.20.lib.2.

Pupillus conuentus ex contractu paterno, non declinat forum, & perdit priuilegium miserationis, Vincent.de Franch.decis.553. num.1. & est Ritus Magnæ Curiæ 234.incipit, vbi pupillus, de quo idem de Franch.in decis.234.

Limita hoc procedere quando ipse vellet declinare forum paternū, & hoc casu loquitur Ritus, secus quando pupillus non declinat forum paternum, & ad illud petit se remitti, Vincent.de Franch.d.decis.553.in fin.

Pupillus non debet alimentari penes matrem, quæ superinduxit vitricum, l.1.ex tot.tit.ff. & C. vbi pupill.educari debeat, l. vitrico vbi Castrens. C.cōmun. de successiõ. & vide aliqua facientia ad hoc per Deciam conf.95. lib.2. declaratur per Alberic. in l. 1. C. vbi pupill. educ. vt non procedat quando vitricus esset bonæ conditionis, & famæ, & maximè si mater nullam speraret successionem, vt per Curtium in conf.94. nu.9. & per Menoch.de arbitr.Iud.lib.2. cas. 168. & quod pupillus possit educari penes vitricum, vbi cessat timor mortis, & quod hoc erit arbitrarium Iudici, Curt.Iun.conf.94.Crauet. conf.190.

Pupillorum bona debent alienari cū decreto Iudicis, & præuia subhastatione, Morot.resp.72.

Pupillus qui vult vti actu nullo ad eius fauorem, debet dictum actum legitimè ratificare, Bart.in l.si tutor sub num.2. C.in quib.caus. restit.non est necess. Tiraq.de legib. connub.gloss.6.num.89.& seq.Patis conf.63.l.Iulianus §.si quis colludente, cū ibi not.ff.de act. empt.

Pupillus existens in potestate aui, nō gaudet priuilegio l.vnicæ C.quād. Imper.vt per gloss. ibi, etiam quod esset minor annis quatuordecim, cum sit in potestate aui, quod considerat gloss. prædic. & refert ita decisum Vincent. de Franch. in decis.671.

IN

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. Q.

Qua.

QVæ à maioribus nostris constituta fuerũt minimè mutanda sũt l. minimè ff. de legib. Limitatur vt habeat locũm quando nulla adest causa: nã quando adesset causa, tunc possent immutari, arg. §. mandatum non suscipere instit. de mandat.

Quæ dependent ab animo, iuramento probantur.

Limitatur vt non procedat quando præsumptio est contra iurantẽ; vt per Bart. in l. inter omnes §. rectè ff. de furt. Decicons. 159. num. 5. in fin.

Querela.

Querela inofficiosi testamenti admo-
28 ta contra testamentum, si illud totum rumpat, cessat pupillaris substitutio, l. Papinianus §. sed nec impuberis ff. de inofficios. testam. secus si pro parte l. in substitutione, quia per querelam inofficiosi queritur de viribus testamenti l. filio §. 1. ff. de inoffic. testam.

Quæstio.

Quæstio spolij proposita per viam actionis, non præiudicat actioni ciuiliter intentatæ, sed benè criminaliter, gloss. & Abb. in cap. cum dilectus extr. de ordin. cognit. numer. 17.

Quæstio de statu (mortuo patre) mota infanti, debet differri, & interim mitti in possessionem per Carbonianum edictum: & eodem modo
29 mulier ventris nomine, ita tenuit Bald. etiam in bonis feudalibus in cap. 1. col. 4. vers. quæro nunquid agnatus, vel filius, Alex. in l. 1. in fin. C. de Carbon. edict. Ias. in præludijs feudorum col. 13. vers. an autẽ vassallus, & in rub. C. de Carbon. edict.

Quæstionem, seu exceptionem de dominio non potest opponere cõductor; nisi restituta possessione, l. si quis conductionis, C. de loc. & conduct.

Qualitas.

Qualitas adiecta verbo, intelligitur secundùm tempus verbi, cap. statutum vbi gloss. de rescript. in 6.

Limita vt procedat quando qualitas nõ habet tractum successiuum, vt possessio, quia tunc potest verificari in alio tempore, Zabarell. in repet. cap. perpendimus in 8. col. de sent. & excommunicat. Sarnen. in regulà de annali quæst. 50.

Quam.

Quam quisque sibi constituit legem ab ea recedere potest, arg. l. 1. §. & si, auth. de testament. imperfect. l. si quis in princ. num. 22. ff. de legat. 3. Bartol. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligat.

Limitatur vt non procedat in actibus inter viuos §. religiosum instit. de rer. diuis. verum videas ad hoc not. gloss. in l. qui ea mente ff. de furt.

Quandiu.

Quandiu speratur ex testamento hæreditatem capi posse, cessant venientes ab intestato, l. quandiu ff. de acquir. hæred. & l. quandiu ff. de regul. iur.

Limitatur vt non procedat quando constat de voluntate defuncti aliter sentientis, l. si quis ita ff. de hæred. instit. num. 82.

Quarta.

Quarta parochialis debetur de ijs, quæ obuenerunt ratione funeris,

&

& sepulturæ, Capell. Rholosf. quęst. 213.

Quarta aliqui DD. concludunt, quod ante contractum matrimonium constitui non possit, quod Napod. in consuet. in bonis fol. 304. num. 3. falsum putat; nam non prohibetur ante, vel post, vel ipso tempore contractus matrimonij quarta cõstitui, & cõcludit, quod licet: nam omnia licent, quæ prohibita non sunt, vt not. in auth. quib. mod. na. effic. sui §. fin. coll. 6. super verbo participium.

Quarta, antefatum, tertiaria, vel dotarium, seù semiquarta idem, licet enim ista varijs nominibus nuncupetur secundùm quod vario iure, seù modo viuitur, omnium tamen est vna quodammodo cẽsura, cum omnia sint ad mulieris lucrum, licet diuersis modis; sic & lex arguit ex idemptitate vsus, l. in venditionibus ff. de contrah. empt. Napod. in consuet. quartam fol. 267. num. 99. alia de legato quartę videas supra in verbo maritus vers. maritus si legauit.

Quartam lucratur vxor, viro decedẽte sine filijs, quoad plenã proprietatem per Consuetudinem Ciuitatis Neapolis, quartam autem, & idem quãdo cum filijs decessit vir, & postea essent mortui ante matrem.

Limita si vir decedit cum filijs, nam eo casu lucratur, quoad vsumfructum tantum, & præstatur cautio de restituendo, quæ facit quod vxor habeat proprietatem pecuniarum habentem naturam vsusfructus, vt dicit Neapodan. ibi in gloss. in vers. fructus, quem refert Vincent. de Franch. decis. 621. nu. 2. & prædictis adde per eundem Vincent. de Franch. d. decis. quod in materia auth. præterea C. vnde vir, & vxor, qua cautum est, quod quando vir moritur cum liberis, debet habere quartam quoad vsusfructum, hoc casu vadit proprietas ad omnes filios ex quacũque vxore procreatos, ita dicit Purpur. in addit. ad Iason. in auth. prędict. qui format quæstionem, extra gloss. quod si extant liberi eiusdem matrimonij, proprietas eis seruatur, si verò non extent, sed alterius matrimonij, acquiritur pleno iure matri: & si extat vnus ex eodem matrimonio, & alter ex altero proprietas quartæ spectat ad vtrũque, allegat Iason. in l. si emancipati C. de collation. col. 3. vers. notatu, & vers. ad idem facit num. 10. Et nota, quod quamuis esset mortuus vir superstitibus filijs vtriusque matrimonij, sic & vxor esset vsufructuaria tantùm, si postea motiuntur filij ex secundo matrimonio superstitibus filijs ex primo: hoc casu secunda vxor lucrabitur quartam, etiam quoad plenam proprietatem, hoc meminit de Neapod. Pisanell. in addit. ad consuetudinem prædictã, quartam autem, in apostilla quæ incipit, non te decipiat, quem refert Vincent. de Franch. d. decis. 621. circa fin.

Quasi possessio, & Quasi contrahere.

Quasi possessio non acquiritur ex solutione facta metu mandati, & cẽsuræ, Caputaq. decis. 330. par. 2. nu. 4. & 331. vide Grat. discept. forens. 113. Put. decis. 281. lib. 2. & Rota decis. 196. par. 1. diuers.

Quasi possessio exigendi pedagium in aliquibus rebus, non probat possessionem in toto, Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itinere actuque priuato, Gabriell. concl. 2. de præscript. Capell. Tholosan. quæst. 324.

Declara vt hoc procedat quando tractatur de quærendo, secus de

retinendo, Bartol. vbi ſupra.

Declara etiã vt procedat alio exiſtẽte in poſſeſſione generali, Abb. conſ. 71. nu. 3. lib. 2. Cappell. Tholoſ. quæſt. 324.

Quaſi poſſeſsio, ſeu ſtatus in actibus negatiuis, maximè in ijs quę ſunt facultatis, non datur, Verall. deciſ. 306. lib. 1. num. 7.

Quaſi poſſeſsio ſeruitutis, non liberat ab onere probãdi ſeruitutem, gloſſ. in l. ſicuti §. ſed ſi quæratur ff. ſi ſeruit. vẽdic. Alex. in l. ſi prius ff. de nou. oper. nunc. nu. 33. & 34. Gabriel. conſ. 145. num. 3. lib. 1. vide Crauett. conſ. 226. num. 1.

Quaſi contrahere non poteſt prodigus, vide ſupra in verbo prodigus verſ. 1.

Qui.

Qui vult cõſequens, præſumitur velle ſuum neceſſarium antecedens, l. ad rem mobilem ff. de procurat.

Declara vt procedat in his quę dependent à mera voluntate diſponentis, aliàs non, Crauet. conſ. 134 num. 45.

Qui nõ habet teſtamenti factionem, teſtis in teſtamẽto eſſe nõ poteſt, l. is cui §. 1. ff. de teſtam. quod ita intelligẽdum eſt: aut quis actiua teſtamenti factione ob delictum eſt priuatus, aut propter defectũ mentis, vel quia iure ciuili ſit incognitus, & tunc non poterit eſſe teſtis, l. cum lege d. l. is cui l. qui teſtamẽto §. ſeruus ff. de teſtam. aut propter aliud remouetur, puta quia ſit filius familias, & tunc nõ prohibetur, vt in §. pater inſtit. de teſtam. & l. teſtiùm de teſtam.

Qui poteſt facere aliquid, diuerſis nominibus, propter diuerſa iura in ſua perſona exiſtentia, vno expreſſo, reliqua ceſſant, Bellam. deciſ. 108.

Qui lædi poſſũt requirendi ſunt, l. de vno quoque negotio ff. de re iudic.

Limitatur vt per Bart. in l. Theopompus ff. de dote prælegat. numer. 9. vbi dicit quod iſtud procedit, quando poſſet opponere cõtra diſponentem, vel illum in ſuam ſententiam adducere, Bart. & Iaſ. in l. nec quicquam §. vbi decretum ff. de offic. proconſ.

Qui cum alio contrahit, ſcire debet illius conditiones, l. qui cum alio ff. de regul. iur. declara vt per Surd. conſ. 150.

Qui in vno grauatur, in alio releuari 30 debet l. eum qui ff. de iureiur.

Qui in conſequentiam lædi poſſent non ſunt citandi, gloſſa reputata ſingularis, in verbo quos l. de vno quoque ff. de re iudic. Iaſ. copiosè in l. filiusfamilias §. diui num. 47. ff. de legat. 1. gloſſ in cap. quamuis de pact. lib. 6.

Qui immunitatẽ habet ab oneribus, ſi ſpontè illã ſubeat, & non proteſtetur ſe id nõ facere animo amittendi priuilegium, cẽſetur illi priuilegio renunciaſſe, & eo amplius vti non poteſt, l. 1. C. de his qui ſpontè public. muner. ſub. & ibi Bart. lib. 10. latè Felyn. in cap. cum acceſsiſſent nu. 29. de conſtit. Roman. conſ. 252.

Qui tenetur explicare actum cum aliqua qualitate, ei aſſerenti qualitatem præceſsiſſe non creditur, Bart. in l. ſi fortè ff. de Caſtrenſ. pecul. notat gloſſ. in l. ſi donatione C. de collat. & DD. in l. 1. ff. de offic. eius num. 69.

Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, Roman. conſ. 251.

Limita in hærede fideiuſſoris de euictione, l. fin. C. de euict. Surd. conſ. 114. num. 24. lib. 1.

Quietatio.

Quietatio generalis non eſt expetẽda, Theſaur. deciſ. Pedem. 74. Surd. dec. 217. n. 10. Alex. conſ. 11. lib. 2.

quie-

Digitized by Google

Quietatio generalis non extenditur ad obligationes cõditionales, Angel.conf.189. & vide l. si ex maiore C. de except. nec minus ad debita diuersa, Natta conf. 546. num.8.Surd.decis.217.

Quietatio extorta ex falsa causa,non impedit quominus possit agi ex primo instrumento, Gabriell.cõs. 62.num.3.lib.2.Castren.cons.342. par.1. Roland.cons.49. nu.61.lib. 1. Neguf.3.memb.par.6.nu.3. Cephal.cons.427.nu.6.lib.3. Soccin. cons.72.lib.3.

Quinquennalis.

Quinquẽnalis dilationis iudicio pẽdente,per tot dies à Iudice dilatio debitori concedi potest, quæ non est solitum prorogari nisi ex causa per triginta dierum spatium, & non vltra, Ant.Corn. de absolut.à iuram.par. 3. quæst.5.num.12. fol. mihi 158. licet arbitrio Iudicis hoc esse relictum affirmet Trentac. var. lib.3.titul.de solut. resol. 1.num. 2.vers.ego repetio, quem refert Mauson.lib.1. de caus. execut. limit.6. num.5. & nota quod licet in hoc Regno per dispositio nem pragmat.2. de instrum. liquidat. aliqua dilatio concedi non possit:tamen per Magnam Cutiam Vicariæ de stylo conceditur,dummodo non excedat dictum tempus dierum triginta, & pluries, me referente, ita fuit prouisum, tàm in causa prædicta, quàm in septuaginarij causa, & per Sacrum Consilium confirmatum.

Quinquennalis dilatio est illa, quæ Iudicis ministerio, concurrente maiori summa, & maiori parte, seù numero ctediturum, reluctante etiam minori summa, & parte creditorum, debitotibus per quinquennium conceditur,quæ ortum habuit ex l.vnica de ceſſ. bonor.vt inquit Cuiac. in suis obseruationibus lib.2.cap.10.vbi induciam propriè eam appellat,Hering.de fideiussor.cap.5.num.101. vers.loquuntur Alciat.in l.cum proponas 2.sub num.4.vers.cum enim C. de pact. & hæc diuersis nominibus in Italia est nuncupata, quia Neapoli concurrentia appellatur, vt inquiũt Galter. in prax.instrum.rubric.2.num.13. in vlt.part. & Muscatell.in sua prax.ciuil.par.4.glos. petendo num.15.vers.secunda est,

Quod.

Quod est ab initio vitiosum tractu
31 temporis non conualescit, l.quod initio ff.de regul.iur. & l.filiusfam. de testam.

Quod semel placuit, amplius displi-
32 cere non potest §. religiosum instit. de rer.diuis. & §. mandatum non suscipete instit.de mand.
Amplia vt procedat etiam in vltimæ voluntatis actu, quotiescunq; non testator, sed alter promittit se aliquid facturum, l.ex sententia ff. de testam. tutela l.vxori §.1. ff.de de falsis, & vide Bartol. in l. nemo potest ff.de legat.1.
Limitatur vt non procedat In vltimis voluntatibus, l. 4. ff. de adimend.legat.& ad hoc vide gloſſ.in l.qui ea mente ff.de furt. & in l.in diem in verb. voluit, ff. de aqua pluu.arcend.

Quod meum est,amplius meum effici non potest, §. sicitaque instit. de
33 actionib. & sic semel dominus sẽper est dominus.
Limitatur ista præpositio, vt non ptocedat quando iste esset dominus reuocabiliter, l.in bello ff.de captiuis, & postlim. reuers. & ibi Bart. §. si quis seruum; quam propositionem limita etiam, vt per Aldrob. in §. sic itaque instit. de actionib. Bald.in l.1.nu.12. in fin. C.qui admitti.

Quot.

34 Quot requirantur ad hoc vt substitutio pupillaris valeat, vide gloss. in verb.liberis in princ. instit.de pupill.substit.

IN VERIS, QVAE INCHOANT A LIT. R.

Raptus, & Raptor.

Raptus crimen non requirit ad sui essentiã copulam carnalem, Ioseph Sessa dec. 94. nu. 10. & raptor qui non cognouit raptã, non punitur pœna ordinaria, sed arbitrio Iudicis, Farin.de delict.carn.quæst.145. §.conatus num.198. Lup. de illegit. & natur.comment.1.§.5.num.128. & non dicitur raptus vbi volens pro matrimonio abducitur, ita decisũ refert March.decis.2.par.1.quem sequitur D.Ricc.collect.539.
Limita, vt per eundem D.Ricc. d. collect. si essent inæquales.

Raptor non dicitur quem Virgo vltrò sequitur, quamuis eam stupret, Sair.in decis.2.de raptorib.
Limita si præcesserint preces, & persuasiones, quia tũc dicitur raptus, D.Ricc.d.collect.539.

Raptor meretricis quamuis de iure communi non puniatur secũdùm magis communem opinionem, Consil.Gizzarell. dec.54.num.16. tamen per huius Regni Constitutionem, omnes nostri, sub rubr. de pœna meretric.illata; violentia meretricibus illata, est punibilis pœna mortis: aduerte quòd communis opinio limitatur in meretrice nupta, Consil. Gizzarell. d. decis. num.17. vbi violentia illata in nupta est punibilis.

Ratificare, & Ratificatio.

Ratificare potest hæres contractum factum nomine sui authoris, Gabriell.cons.80.

Ratificãs alienationem rei suæ, alieno nomine factam, ita demum sibi præiudicat si sciat se ab eo pretiũ consequi non posse, aliàs secus, gloss.in l.si pupilli §.sed si ego ff.de nego.gest.arg.l.si cum te ff.de pact. Bald.in l.1.nu.22. C.qui admitti.

Ratificans præsumitur habere scientiam actus ratificati, absque probatione scientiæ, Seraph.decis.544.

Ratificari non possunt gesta per falsum procuratorem, quando Iudex pronunciauit non habere legitimum mandatum, vel extat statutũ, siuè fuit oppositum à parte, Capell. Tholos.quæst.272 Benint.dec.56. quod enim nullum est, ratificari non potest, Surd.cons.183. nu.34. lib.2. Menoch.cons.364. num. 19. quoniam ratihabitio præsupponit validitatem actus, Socc. sen. cons. 159.lib.2.

Ratificari quando possit factum falsi nuntij, Alex.cons.91.num.2.lib.4.

Ratificari non potest actus nullus ex alia causa, quàm defectu consensus, Pedem.decis.167.num.11.

Ratificat cõtractum qui agit ad pretium, Surd.cons.43, num.6.& 523. Menoch. cons.389. num. 1. lib.4. declara nisi prius expressè contractum impugnasset, Surd.decis.262. num. 9. vel nisi petitio fuisset nulla, Bald.in l.mater C.de rei vend.

Ratificatio requirit eandem solemnitatem, quàm contractum, Dec. cons.536.num.6.
Declara vt procedat in ratihabitione actus, qui pendebat ab ea, Aret.cons.127. de contract.in fin. num.191.

Ratifi-

Ratificatio actus non omninò nulli retrotrahitur ad diem actus celebrati, Honded.conf.38.nu.22.lib.1. Hector Felic.de societ. cap.35. num.57.

Ratificatio quæ apponitur in mādatis procuræ, intelligitur quoad ea, quæ procurator agit iure suo, Bellam.decis.8.

Ratificatio subsequens liberat contrahentem nomine ratificantis, Bart.in l.1.in fin. C.de euict.pign. Iacob.de Sancto Georgio in l.fin. num.113.C.de furtis, Boer.decis. 80.num.4. Dec.conf.510. num.4. Capyc.decis.93.

Ratificatio perinde obligat ratificātem, ac si à principio ipse contraxisset, Grammat.decis.103.nu.8. & num.48. Rot.Ianuens. decis.6. Osasch.decis.58. num.11.quia ratificatio inducit commutationem de persona in personam, Afflict. decis.285.Mohedan.decis.288. & an obliget ex nunc prout ex tunc quando actus erat nullus à principio, vide Surd.dec.245. Borgnin. de curat.num.148.

Ratificatio requirit specificam sciētiam actus cum qualitatibus suis, Gabriell.conf.146. num.14. lib.1. Crauett.conf.197.num.14. Rota coram Corduba in Anconitana sequestri 22.Maij 1596.& Gabriell.conf.36.lib.1. Menoch.consil. 389. lib.4. in fin.& debet esse talis vt nil aliud possit importare, Gabriell.d conf.36.num.57.Surd. conf.105.num.36.& sequ. Ruyn. conf.63.num.21.lib.1. Seraph. decis.136.Alex.conf.135.lib.7.

Ratificatio ex verisimilitudinibus, & cōmuniter contingentibus colligi potest, Rot.decis.89.num.15. par.2. vbi quod importat mandatū in genere, & vide Crauett. consil. 276.num.6.

Ratihabitio.

Ratihabitio retrotrahitur, & mandato cōparatur, Tiraqu.de retract. consang.§.1.glos.10.& vide l.cum decem §.cum fideiussor ff.de solut. vbi DD.

Limita tribus modis per gloss. in cap.2.de pactis, Lambert. de contract.in fin.num.194.

Limita etiam vt procedat in præiudicium ratificantis, non autem tertij, Sarnen. in regul. de annali quæst.49. vbi multa & super regul. trienn.quæst.59. Surd. decis.215. num.6.& num.8. Alber.in l.si fundus §.1.ff.de pignorib.

Vltimo limita vt extrema sint habilia, Veg.conf.51.num.4.& seq.

Ratio.

Ratio minuit dictum, & illud in suā naturam trahit, illudque destruit si ei non conuenit, tota enim vis stat in ratione, ita vt si ratio esset friuola, & non concludens, nec dictum concludit, ita Bald. in l.conuenticulum C.de Episc. & Cleric. num.6.& 7. Alex.conf.120. num. 6.lib.5.

Ratio semper in l. ampliat illius dispositionem, Rot.decis.234.par.2. diuers.

Rationes reddere debens, potest impetrare Arbitrum, siuè Calculatores super rationibus reddendis, l.si cui libertas vbi Bart. Bal. & Castr. ff.de condit. & demonstrat. vide Alex.conf.21. lib.7. Menoch. de arbitr.Iudic.lib.2.cent.3. cas.109. num.35.Bart.conf.149.lib.1.

Ampliari posse videtur, vt procedat etiam in tutela, sic sentire videtur Menoch. de arbitr.Iud.lib. 2.cent.3.cas.109.Bart.d.conf.149. in princ.incipit literas lib.1.

Ratum.

Ratum habere non possum quod nomine meo gestum non est, l. si pupilli.§.sed si ego vbi gloss. ff. de negot.gest. Li-

35 Limitatur vt non procedat quando illud esset gestum à filio, vel à seruo, gloss. in d. §. sed si ego Bart. in l. 1. n. 9. C. qui admitti, & ibi Bald. num. 22.

Limita etiam quando negotium ad me spectaret, & cum re mea gestum esset, Gabriell. cons. 5. num. 39. lib. 1.

Ratum habere vnusquisque præsumitur in suam vtilitatem gestum,
36 l. Pomponius de negot. gest. sed declara vt procedat in his quæ respiciunt vtilitatem rei coherentē, secus in his quæ dependent ab animo, Bald. in l. 1. C. qui admitti numer. 2.

Receptus.

Receptus authoritate Capituli, non habet ius effectiuum ad præbendam, nihilominus si de ea Capitulum alium prouiderit, debet à capitulo alimenta recipere, Abb. & Felyn. in cap. capitulum de maior. & obedient.

Reclamatio.

Reclamatio non impedit executionem, & sententię Sacri Consilij indistinctè mandantur executioni, non obstante reclamatione, iuxta terminos auth. quæ supplicatio, exemplo etiam eius quod dicitur, quod clement. 1. de sent. & re iud. procedit etiam in causis criminalibus secundùm gloss. ibi de qua meminit Didac. in tract. pract. quæst. cap. 25.

Declara, quòd prædicta non procedunt in sentētijs latis in causis criminalibus, in quibus est irretractabilis, seù irreuocabilis executio: & in Sacro Consilio seruatur, quòd sententiæ in causis criminalibus latę, non demandantur executioni, nisi sint duę, videlicet prima M.C.V. & secūda Sacri Cōsilij cōformis primæ, aut duæ eiusdem Sacri Consilij conformes, & quòd hæc practica ab antiquis fuit seruata, testatur Vinc. de Franch. decis. 139. in fin. vide Alex. & Aret. Hercul. & alios in l. 3. §. si seruus ff. de acquir. possess.

Recognitio.

Recognitio scripturę debet fieri per
37 testes, qui fuerint præsentes, vel saltim viderint scribere, Affl. decis. 181. & an per comparitionem, vide Francisc. Aret. cons. 64. quem refert Afflict. d. decis. num. 7. vbi concludit, quòd apocha sine subscriptione testium, si approbetur per comparationem non facit plenam, sed semiplenam probationē, & idem si tantùm testibus approbetur, sed si vtroque modo plenè probat, & intelligitur de approbatione testium qui viderunt eum præscribere apocham, vt declarat Bart. in l. nuda in 2. col. ff. de donat. quia isto casu plenè probant, Affl. d. decis. quem omninò videas.

Adde quod aduersus apocham verificatam, vel recognitam debitor non potest audiri, nisi in vinculis, vel facto deposito, ita seruatur in hoc Neapolitano Regno per dispositionem prag. 58. de offic. Procurat. Cęs. num. 2. & 6.

Reconuentio.

Reconuentio non habet locum ad hoc vt causa pari passu ambulet, sed benè quoad prorogationem iurisdictionis, ita Marant. quem omninò videas in suo tract. de ordin. Iudic. vers. an sit iudicium cōuentionale, vel reconuentionale num. 38. & seq. pag. mihi 126.

Reconuentio impedit exactionem ante reconuentionis liquidationem, Bald. in l. 6. nu. 5. C. de compensationib.

De reconuentione, atque retentione opposita contra instrumentum iuratum, vide Gallef. in suo tract. Cameral. in secunda quæst. quartæ quæst.

quæſt.princ.pag.mihi 111.Put.deciſ.292.lib.2.

Reconueniri etiam poteſt Clericus actor litigans coram Iudice layco, vide ſupra in verbo Clericus verſ. Clericus actor.

Reconuentio non poteſt fieri coram alio Iudice, quàm coram Iudice conuentionis, ſiuè ordinario, ſiuè delegato, vt in auth. & conſequenter, & l.cùm Papinianus C.de ſent. & inter.omn. Iud. & de mut. petit.cap.1. Menoch.de arbitr.iudic.quæſt.44.nu.2. Bart.in d.auth. & conſequenter: etiam & non habet locum in arbitris electis de communi partium conſenſu, nam non poterit: habere locum ratio text.in d. l.cum Papinianus in fin. cum non actor abſolutè, ſed vtraque pars eos elegerit, vt idem Menoch.vbi ſupra num.12. allegans Rom.in ſing.149. coram arbitro.

Declara reconuentionem habere locum etiam in cauſis ſummarijs ſimplicibus, cùm in Regno hodie omnes cauſæ ſint ſummariæ, & in omnibus oportet, quod ſit idem modus probandi, vt in ſpecie inquit Carauit. ſuper Ritu 67. nu.7. in fin.& licet Vinc.de Ann.videatur aliter ſentire in ſingul. 432. & 433. contrarium tamen iudicauit Sacr.Conſ. vt refert Vincent. de Franch.in deciſ.193.num.3. ſecus autem in cauſis ſummarijs executiuis, vt in inſtrumento liquido iuxta formam Ritus, vt per Mar. in diſtint.6.num.37.cum ſequent. ex doctrina Bald.in auth. & generaliter, quos refert Muſcatell. in ſua prax.par.3.gloſſ.actorem num. 14. ſecundùm quem hoc non eſt ſic ſimpliciter intelligendum: credit enim curſū expeditionis cauſarum executiuarum non impediri propter deductam reconuentionem, & quod nihilòminus recipiatur cōparitio rei reconuenientis, vt latè ibi per eum.

Recōuentio reconuentionis fieri nō poteſt, quia reconuentus non poteſt denuò recōueniri, vt per gloſſ. in auth. & conſequenter, & ibi Bart. & Bald.num.2.& nota quòd reconuentus qui eſt actor in cauſa conuentionis non poterit Iudicē recuſare in cauſa reconuentionis, ſed reus effectus actor benè poterit, vt in d.auth. & conſequenter, & Bart.ibi num.9. & Bald.num.4.

Reductio.

Reductio ad arbitrium boni viri poteſt quandocunque peti, Cald.cōſ. 5.de arbitr.& vide aliqua per Soc. in l. Iulianus nu. 12. ff. de condit. 38 & demonſtr. nec tenet renunciatio ſi fuerit enormiſſimè læſus, Caſtrenſ.conſ.215.& 255.lib.2.Curt. iun.conſ.29. num.4. vbi quod iſta verba ſunt appoſita ad ratificandū arbitratores, Burſat.conſ.431. nu. 63.& ſeq.& coram quo ſit petenda reductio, vide Surd.conſ.106.

Reductio ad arbitrium boni viri petenda eſt coram ſuperiore ipſius arbitratoris, Abb. in cap. cum ſit generale nu.11. de Iudic. Roman. conſ.265. Surd.conſ.106. contrarium tenet Theſaur.deciſ.14. non tamen peti poteſt niſi ſemel, Caſtrenſ.163.lib.2.

Contra Benint.deciſ.15. 3 .

Referens.

Referenti non creditur, niſi conſtet de relata, Auth.ſi quis in aliquo C. de edend.

Declara vt non procedat in his, in quibus partes poſſunt ſibi preiudicare, & explicitè apparet de volūtate partium, Crauett.conſ.157.

Declara etiam, vt per Surd.conſ. 540.num.5.& ſeq.lib.4.

Regula, & Regularis.

Regula triennalis præbet tantùm exceptionem in petitorio, non autem

tem in possessorio, Sarne. super d. regul. quæst. 58. num. 10.

Regula triennalis non impedit ordinarium quominus de titulo inquirere possit, Sarne. super d. regul. quæst. 58. num. 10.

Regula quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, declaratur pluribus modis. per Abb. & Felyn. in cap. cum super de offic. Iudic. delegat.

Regula de iure quęsito non tollendo, nõ habet locũ vbi adest fauor publicus, & ius non est perfectè quæsitum, Rot. decis. 759. par. 1. diuers.

Regularis nõ potest studere legibus, & in illis doctorari, Caputaqu. decis. 277. par. 1.

Regulares possunt habere peculium ex permissu superiorum, nec repugnat voto paupertatis, Rot. decis. 772. par. 2. diuers.

Reiuendicatio.

Reiuendicatio datur domino contra possessorem, §. omnia instit. de act. & ibi gloss. quid sit probandum in verb. possideat.

Ampliatur vt procedat etiam si non sit possessor, sed detentator, gloss. in l. 1. §. perpetuo in verb. vltra ff. vti possidet.

Relatio, & Relatiuum.

Relatio facit vt res proprijs nominibus expressa censeatur. Seraphin. decis. 451. n. 4.

Relatio verborum debet fieri ad proximiora, l. quoniam liberi C. de testib. cum ibi not. per Acc. in verb. idem iuris, & l. si idem cum eodem §. fin. in fin. & ibi Acc. & Alex. ff. de iurisdict. omn. Iud. Ias. in l. legatũ num. 12. ff. de legat. 1.

Limitatur vt non procedat quando relatio ad proximiora comodè fieri non potest, vt notat. Acc. in §. nihil autem instit. de testam. in verb. quod, & Alex. in d. l. de iurisdic. omn. Iud.

Relatiuum non refertur ad omnia præcedentia quãdo adijcitur qualitas, quæ non competit omnibus, Ias. in l. cunctos populos num. 7. C. de Summa Trinit.

Religiosi.

Religiosorum species quot sint, vide per Socc. cons. 13. par. 1. & quod verbum Religiosus accipiatur largissimè, largè, & strictè, vide per Felyn. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 1. & seq. de constit. Abb. in cap. dilecta de maior. & obediẽt. & in cap. causam quæ de Iudic.

Religiosi, & Monachi non possunt esse testes sine licentia Abbatis, quod declara respectu depositionis, Gomez, ad l. 3. Tauri sub n. 28. Rot. decis. 77. par. 2. & latè videas supra in verb. frater num. 34.

Remedium.

Remedium recuperandæ datur etiam pro mobilibus, Seraph. dec. 732. & ad interesse possessionis rei, vt ibi.

Remedium Canonis reintegrandę 3. quæst. 1. vide latè per Rol. cons. 72. vol. 1. & per Aret. in §. quadrupuli nu. 49. instit. de act. vbi dicit, quod dictum remedium potest intentari contra eum, qui sine vitio possidet, decis. Pedemont. 93. Bart. in l. rem quæ nobis ff. de acquir. poss. Abb. in cap. si diligenti n. 17. extr. de præscript. vide aliqua per Marant. in tract. de ordin. Iudic. in vers. an sit iudicium conuentionale, vel reconuentionale num. 41. & seq. pag. 127.

Nota quod huic remedio potest opponi à tertio exceptio dominij, l. bona fides ff. deposit. Alexand. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess.

Remedium l. si constante ff. solut. matrim. aduersus creditorem anteriorem, mulier intentare non potest. D. Cosil. Capy. Latro decis. 42. num. 11.

Be-

Remedio l. cõductores obstat exceptio dominij, de quo notoriè constat, Crauett. conf. 157.

Remedium l. si quis conductionis C. locat. non datur cõtra singularem successorem, Rot. decis. 464. par. 1.

Remedium adipiscendæ non datur ei qui aliàs fuit in possessione. Limita vt procedat quãdo possessio prima fuit valida, secus si nulla, Rot. coram Penia in Forliuien. de Monsignanis 26. Februarij 1603. Tiraq. in l. boues §. hoc sermone limit. 1.

Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. habet locum nedùm in emptione, & venditione, sed in omnibus cõtractibus bonefidei, l. 3. & ibi gloss. Bart. & Bald. C. commun. vtriusq; Iud. Ias. in l. de quibus num. 29. ff. de legib. tamen non habet locum in contractibus stricti iuris, Ias. vbi supra, sed intelligas de contractibus cõrespectiuis, Cagnol. in d. l. 2.

Remedium l. vnicè C. de ædict. Diui Adrian. Tollend. habet locum in fideicommissario absque verbali restitutione, Gomez. in tract. de subftit. fideicom. num. 31.

Remissio, & Remissoria.

Remissio debiti donationis causa facta, eget insinuatione, vt tradit Bart. in l. Modestinus ff. de donationib. & Alex. in l. si mulier de condict. ob caus. & in l. creditori C. de pact. vbi dicit hanc communem, refert, & sequitur Dec. in l. is qui obligationi de reg. iuris in fin. secus in remissione pignoris, l. 3. §. si rem ff. de leg. 3.

In remissione generali, an contineantur dolosè facta, videto supra in verb. generalia vers. in generali.

Remissoria de consuetudine Curiæ, non conceditur nisi semel, Oldrad. cons. 311. vide aliquos casus per Alciat. cons. 15. lib. 7.

Remissoria nõ cõceditur vbi probatio potest fieri per scripturas, Bellam. decis. 9.

Remissoria ad impediendam immissionem ex remedio, l. fin. de ædict. Diui Adrian. non conceditur, Seraph. decis. 1364.

Renunciare, & Renunciatio.

Renuncians potest penitere quando ex renunciatione alteri nõ est ius quæsitum, gloss. in cap. licet de proc. in 6.

Renunciare iuri suo præsumitur, qui facit se depositarium nomine alterius, Rot. decis. 478. par. 1.

Renunciari legibus prohibitiuis cũ iuramento potest, Alex. cons. 11. num. 13. lib. 2. sequitur Peregr. de fideic. art. 52. num. 49.

Renuncians omni iuri quod habet, & habere sperat, debet intelligi
39 quod renunciat iuri quod habere sperat ex causa de presenti, vt notant Bart. Angel. Ias. Paul. Castr. & DD. alij in l. qui cum tutoribus ff. de transactionib. etiam si in instrumento esset appositum iuramentũ, vt notanter dicit Euerard. in sua centuria in loco à generalitate num. 10. & Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. obligat.

Renunciatio de non succedendo, nõ comprehẽdit successionem ex testamento, quamuis sit iuncta, Oldrad. cons. 294.

Renunciatio est stricti iuris, nec in ea veniunt præter expressa, & regulatur à sua causa, Rot. decis. 624. par. 1.

Renunciatione omni iuri, & legum auxilio, cẽsetur etiam renunciatũ dispositioni legis plerique ff. de in ius vocand. Morot. respon. 80.

Renunciatio omni iuri, & legum auxilio, quid importet, vide per Bertran. in l. hac ædict. versic. si verò plus num. 13. C. de secund. nupt. Morot. cons. 80.

Renunciatio hæreditatis patris non

prohibet succedere ei, ad quem peruenit, Rot.decis.624.par.1.

Renunciatio hæreditatis maternæ facta à filia patri, acquiritur omnibus hæredibus patris, quamuis dictæ sororis adsint fratres vtrinque coniuncti, Surd.conf. 244. lib.2. vbi latè: contrarium asserit Bald. cons.437. nu.2. vol.1. quem sequitur Bertran.328. num.2. vol.3. tenetque Dom.Consil.D.Franciscus Merlin. in controuersiar. cent. 1. cap.32. nu.23. & 25. renunciationem factam patri, filijs, & hæredibus non prodesse, nisi filijs, & fratribus vtrinque cõiunctis, qui magis dilecti præsumuntur renunciãti, quàm consanguinei: quod limita, vt per d. D. Consil. D.Francisc. Merlin.vbi supra in fin.non habere locum in materia consuetudinũ huius fidelissimæ Ciuitatis, in quibus nulla est differentia inter fratres consanguineos, & vtrinque coniunctos, ad hoc, vt sorores excludantur.

Renunciatio facta à filia superstitibus eius fratribus, ipsis deficientibus, potest succedere, Gomez. tit. de fideicommiss. substit. num. 32. Surd.decis.251.

Renunciatio quæ fit coniunctis personis in ingressu Monasterij, seù Religionis, reputatur fauorabilis, Aret.cons.93. Crauett. cons.160. num.1.

Renunciatio hæreditatis facta ad fauorem vnius, non prodest alteri, Surd.cons.244. & 446. num.12. & quando possit variare, idem Surd. consil.523.

Repetita.

Repetita in subsequentibus, quando censeantur præcedentia, Ias. in l. Titia §.idem respondit ff.de verb. obligat.

Repulsa.

Repulsa hodie est prohibita in mul-
40 tis criminibus exceptis, vt in crimine lesæ Maiestatis diuinę, & humanæ, in simonia, in sodomia, & in Blasphemia, propter sceleris immanitatem.

Limitatur non procedere quando testium repulsa est ex capite inimicitiæ capitalis, vt probatur in cap.per tuas extr.de simon. Bart.in l. quæstionibus ff.ad l. Iul. Maiest. & licet DD.reputent tex.in d.cap. per tuas pro singulari, tamẽ nõ est singularis, quia similis est tex. in cap.cum P.de accusat.quẽ ibi ponderat Abb.& Barba.Angel.in l.famosi ff.ad l.Iul. Maiest. & inimicitia debet esse euidens, & manifesta Ioan. Ant. de Nigr. in cap. Regni ab illo inchoandum num. 49. Carauit.ad rit.73.num.5. & num.8.9. & 10. Muscatell.in prax.delict.de blasphemant.num.26.& est opinio Specul.in tit.de accus.cuius ecce
41 verba: debet esse talis inimicus, qui occidit patrem, aut matrem, vel alium consanguineum infra quartum gradum, vel mouet ei quæstionem status, vel accusat eũ de delicto quod meruit mortis pęnam, vel pœnam amissionis bonorum, vel maioris partis eorum, vel eum diffidauit, quia tunc iste talis inimicus repellitur: sed si sunt testes qui vocantur malquirentes ex alijs causis, isti non repelluntur, quæ sunt ferè etiam verba tex. singularis in l.6. tit.33. partita 7. quæ verba opinionẽq; refert, & sequitur D.Cons.D.Francisc.Merlin.in controuers.forens.cent.1. cap.98. num.10.circa fin.

Limitatur etiam quando reprobatio resurgit ex contrarietate ipsorum testium, gloss. in cap. si quis testibus in verb. arguere quæst. 4. num.3. Ang.cons.187. D. Io: de Arnon.coment.24.fol.82.

Res

Res.

Res inter alios acta, alijs præiudicare nõ debet, l. 10. ff. de except. ad quæ vide per Felyn. in cap. suborta sub num. 19. vers. nota etiam expediẽs de sent. & re iud. Benint. decis. 67. Limita vt non procedat in causis filiationis, legitimationis, & in alijs causis status, l. ingenuum ff. de statu hominum, & ibi DD. Alex. in l. fin. nu. 60. vers. addit etiam gloss. & vers. aliam fallentiam, & vers. iuxta hoc quæritur ff. de re iudic. Abb. in cap. pen. num. 17. & 19. de re iud. Tiraq. res inter alios acta limit. 18. Couarr. pract. quæst. cap. 13. num. 5. Bald. in l. 2. num. 5. C. quib. res iudic. non noc. & vide Castren. in l. Papinianus §. fin. ff. de inofficios. testament. & in l. qui repudiantis eod. tit. Anchar. consil. 336. & Felyn. in cap. quamuis sub num. 9. de re iudic. quod procedat quando fuit actum contra eum, cuius principaliter interest, secus si aderant alij æquè principales, & ibi Abb. Bero. cons. 102. num. 41. & seq. lib. 2.

Sublimita quòd vbicunque sententia alteri nocet, non procedat in transactione, compositione, vel compromisso, Felyn. in d. cap. quãuis num. 13. de re iudic. & declara quando testes essent mortui, quia faciunt aliquam probationem, Benint. decis. 67.

Res prohibita alienari, potest alienari propter dotem, Bart. in l. filiusfam. §. diui n. 10. & hanc communẽ dicit ibi las. num. 59. vbi latè examinat istam quæstionem, vide ibi, & alia supra in verb. alienare.

Res furata penes aliquem reperta facit inditium ad torturam, l. in ciuilem, & l. ciuile est, C. de furt. Clar. quæst. 21. vers. si res furata est, Alciat. de præsumpt. regul. 3.

Limita vt non procedat quando ille penes quem reperta est, nõ habet malam famam, & conditionẽ, & alia inditia non concurrunt, quia vna præsumptio tollit aliã, & fortior debiliorẽ, l. pen. ff. de rest. in integrum, Felyn. in cap. vigilãti in fine de præsumpt. tantòmagis quando iuraret se non cognouisse rei furatæ venditorem, ita notabiliter Consil. Gizzarell. decis. 89. in terminis tradere dicit, August. ad Ang. de malefic. in verbo, & vestẽ cœlestem num. 20.

Rescriptum.

Rescriptum, si ineuidentem, non vitiatur falsa expressione, quoniam Papa habet præ oculis duntaxat vtilitatem, Soc. cõs. 15. n. 51. lib. 1. declara vt non procedat quando subreptio vertitur circa ipsam causam, Dec. cons. 142.

Rescripti præsentatio in causis summarijs obtinet vim libelli secundũ communem opinionem, de qua testatur Gomez. in §. præiudiciales num. 5. instit. de act. & vide Bald. in l. nec quicquã §. vbi decretum nu. 26. ff. de offic. proconsul.

Rescriptum si impugnatur ex falsi assertione, ille qui impetrauit probare tenetur, si ex veri taciturnitate ab eo qui impugnat debet probari, Dec. in cap. porrecta de præbend.

Rescripto quando, impetrato, possit renunciari inuito aduersario, vide per Felyn. in rubr. de rescript. num. 3.

Rescriptum in quo dicitur, procedat summariè, continet omnia alia petita, Bellam. decis. 338. & decis. 394.

Rescripto nullo, nulla de eo est facienda mentio in secundis litteris Felyn. in cap. ex tenore de rescrip. vbi declarat.

Rescriptum contra legem habens clausulam derogatoriam nõ valet, nisi

nisi faciat de illa mentionem specialiter, vel per verba æquipollentia, Felyn in cap. nonnulli de rescript.num.2.vbi ampliat pluribus modis,etiam in priuilegijs habentibus clausulam derogatoriam ad alia priuilegia.
Limita nisi rescriptum concederetur per viam legis,seù cõstitutionis,Felyn.vbi supra in 1.fallentia.
Limita secundo, nisi adesset clausula, non obstante, & adde alias limitationes,vt per Felyn.ibi.

Rescriptum habet in se tacitam cõditionem,si preces veritate nituntur,& ob id debent ab impetrante verificari,Crauett.conf. 104.nu.3.

Rescriptum ad lites obtentum fine speciali mandato non valet, cap. nonnulli §. sunt & alij extr. de rescript.vbi Abb.Felyn.& alij.
Amplia, etiam si procurator habeat plenum mandatum ad agendum, Felyn. in d.cap. nonnulli §. sunt & alij num.1.de rescript.

Rescriptum impetratũ pro vna parte,efficitur commune cum alia, Gomez. in reg.de annal.quęst.14. num.2. Bellam.decis.357.

Rescriptum impetratum contra homines vnius diocecesis, non extenditur ad homines eiusdem nominis,alterius diocecesis,cap.significãte,vbi Felyn.de rescript.Caputaq. decis. 153. par. 1. nec extenditur vltra personas nominatas, cap. si verò de offic.Iud.delegat. vbi Felyn.num. 1.

Rescriptum vti personale cedi non potest, Abb. & alij in cap.vlt. de rescript. Roland.cons.28.num.5, lib.2.

Rescriptum non vitiatur ex falsitate causæ concernentis merita,cap.ex parte vbi Abb. & Felyn. de foro compet. & limita vt ibi, vide Bellamer.decis.4. vbi quòd falsi expressio non dolosa, non vitiat.

Rescriptum contra prædecessorem quando extendatur ad successorẽ, vide per Felyn.& Abb.in cap.quia vbi gloss.de Iudic.Capell.Tholos. quæst.266.

Reseruata, & Reseruatio,

Reseruata non comprehenduntur in actu celebrato,Crauett,cons.214, num. 13. & 14. & dicta reseruatio dicitur onus rei super qua reseruatur,Crauet.cons.57.num.1. Couarr.resol.lib.3.cap.7.num.6. vbi quòd reseruatio est quædam exceptio,quę modificat actum,Surd, decis.163.num.17. Aym.cons.15. num.2. & cons.33.num.2. & quòd reseruatio vsusfructus illum non habenti nihil tribuat, Bero.cons. 61. in princ. & pluribus sequent, lib.2.

Reseruata Sedi Apostolicæ enumerantur à glossa in cap. quod translationem de offic.delegat.

Reseruatio generalis non comprehendit beneficia iurispatronatus laycorum ex fundatione, secus ex priuilegio, Rot. decis.304. par.2. diuers.& decis.574.in fin.

Reseruatio dominij in contractu vẽditionis,non operatur in præiudicium tertij, Soccin. iun. cons. 86, lib.4.

Reseruatio exceptionum ad merita causæ, si postmodum dictæ exceptiones probentur, processus ante factus perimit,Felyn.in cap.exhibita de Iudic.num.7.

Reseruatio est nullius momenti, vbi nõ inuenit reseruabile, latè Becc. cons.34.num.23.Rot decis.70.nu, 17.par.2.

Reseruatio beneficij per obitum in Curia eo ipso cessat,quòd Papa de dicto beneficio prouidet, Sarne. super regul. triennali q.30.nu.2.
Declara nõ procedere quãdo collatio Papæ remansit in puris terminis supplicationis, vel collatio

facta

facta familiari, vel prouisus moriatur ante acceptationem, seù Papa prouidet per viã Comendæ, vt ibi.

Reseruatio fructuum intelligitur deductis oneribus, Seraph. dec. 414.

Residere.

Residere quis aliquo loco dicitur, si ibi continuè moratur, vel aliàs, nisi pro residente habeatur, gloss. in cap. licet canon in verb. residere de elect. in 6.

Residuum.

Residuum petens fatetur se satisfac-
42 tum in omnibus, Guid. Pap. quæst. 177. Ias. cons. 29. lib. 4.

Residui appellatione quandoque cõtinetur totum, si totum superest, l. si ita stipulatus ff. de verb. obligat. l. ei qui ff. de donat. caus. mort. l. 2. in fin. C. de hæred. instituend. quandoque pars, si pars tãtùm superest, l. item quod Sabinus §. aliter atque ff. de hæred. instit. & quandoque nihil si nihil superest, l. pluribus §. sed si ex asse ff. de his quæ in testam. latè Napod. in consuet. viro mortuo fol. 246. num. 96.

Resignatarius, & Resignatio.

Resignatario nisi ius quæratur irreuocabiliter non abdicatur beneficiũ à resignãte, Rot. dec. 446. lib. 1.

Resignatio beneficij cõditionalis in manibus Ordinarij, vti simonia nõ valet, Rot. decis. 149. par. 2. diuers. in fin.

Resignatio beneficij est nulla quãdo interueniente pecunia fit, latè D. Ricc. collect. 1006. vbi addit alios modos decisos, per quos beneficij resignatio redditur nulla, & declara vt ibi per eum.

Respondens, & Responsio.

Respondens de credulitate, si de mẽdacio conuincatur efficitur periurus, Felyn. in cap. 1. nu. 21. de litis contest. quod procedit si credulitas referatur ad factum, secus si ad animum.

Respõsio indeterminata ad interrogationem refertur, Roman. latè cons. 454.

Restitutio, & Restitutus.

Restitutio in integrum debet peti coram Iudice, qui est competens in actu, super quo petitur, Capell. Tholos. quæst. 393.

Restitutio ad appellandum, vt concedatur nedùm est probandum impedimentũ, sed aliquid super iniustitia sententiæ, Bellam. dec. 418.

Restitutio in integrum non potest incidẽter opponi per modũ compensationis, l. fin. & ibi gloss. & Bal. ff. de condict. indebit.

Restitutio in integrum concessa minori, suffragatur maiori in indiuiduis, Lamberten. de contract. in fin. num. 260.

Restitutio in integrũ ex capite ignorantiæ, conceditur aduersus omissam solutionem gabellæ, Roland. cons. 42. in fin. lib. 3.

Restitutio in integrũ ex capite ignorantiæ, non cõceditur vbi militat aliqua præsumptio scientiæ, Grat. discept. forens. 194.

Restitutio in integrũ minori denegatur si sit læsus in re, quam profitebatur, veluti si sit matriculatus in arte mercaturæ, & læsio sit in re concernente mercaturam, Bart. in l. 1. C. qui, & aduersus quos, Addit. ad Marant. de ord. Iudic. versic. & an Iudex sit competens num. 135. & infertur quod multò minus cõceditur maiori Doctori ex capite ignorantiæ iuris, Crauet. cons. 225. num. 10. Grat. discept. forens. 194.

Restitutio in integrum conceditur minori aduersus confessionem delicti, de quo aliter non erat probatum, videto supra in verbo minor num. 4.

Restitutio in integrum vocatur beneficium, & terminus ad petendũ primum, & secundum beneficium, vide

vide ſupra in verbo perſonæ verſ. nota & an ſit perſonale, ibidem verſic. aduerte.

Reſtitutio in integrũ competit probata lęſione ſextæ partis, cum alijs qualitatibus, Bart. in l. ſocietatem §. 1. ff. pro ſoc. Dec. conſ. 39. num. 7. Add. ad Dyn. in cap. ſcienti de reg. iur. in 6. Rol. conſ. 96. num. 4.

Reſtitutio in integrum non conceditur, vbi actus potuit ſe habere ad damnum, & lucrum, Surd. conſ. 199. num. 5. lib. 2. & 576. lib. 4. Gomez. in tract. de contract. tit. de reſtit. in integr. num. 4. in fin.

Reſtitutio in integrum conceditur minori, qui cępit agere ordinariè cùm poſſet agere executiuè, Socc. ſen. in l. ſi à te, § ſi quis ſub num. 2. ff. de except. rei iudic.

Reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua mihi, competit ad rem quãdo dominium, & poſſeſſionem ex iuſta cauſa amittimus, ſi verò dominiũ tantùm; reſtituimur ad actionem, Bart. in l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter num. 5. ff. quib. ex cauſ. maior.

Reſtitutio in integrum ex clauſula, ſi qua mihi, non conceditur vbi eſt ſuccurſum contra tutorem, vel curatorem, Rolan. conſ. 10. num. 22. lib. 2.

Reſtitutio in integrum non cõceditur minori, aduerſus lapſum inſtãtiæ, niſi in ſubſidium: & quando litigauit per procuratorem conſtitutum medio iuramento, omninò denegatur, Becc. conſ. 59. Capell. Tholoſ. quæſt. 45. & 49.

Reſtitutio in integrum datur aduerſus præſcriptionem quadragenariã ex capite iuſtæ ignorantiæ plenè probatæ, Rot. deciſ. 183. par. 1.

Reſtitutio in integrum aduerſus lucrum amiſſum, ex diſpoſitione ſtatuti non conceditur, Burſat. cõſil. 427. num. 8. & ſeq.

Reſtitutio in integrum in criminalibus, etiam in publicis pœnis fiſco non datur, l. auxilium ff. de minor. Cremen. ſing. 22.

Reſtitutio in integrum conceditur locis pijs, Capitulis, & Congregationibus, & an concedatur perſonis ſingularibus Capituli, & Congregationis, vide ſupra in verbo Collegium verſ. limita hoc eſſe verum.

Reſtitutio ad gratiam extractam, nõ retrotrahitur in præiudicium tertij, cap. quamuis, & ibi gloſſ. de reſcript. in 6.

Reſtitutio quæ fit ob reſolutionem cõtractus, intelligitur de acceptis ab eo cui fit reſtitutio, nõ ab alijs, Seraphin. deciſ. 447.

Reſtitutus à Principe recuperat tantùm bona, quæ habebat tempore confiſcationis, non autem ea quæ amiſit ob incapacitatem, Rota deciſ. 515. par. 1.

Reſtituitur minor ad ea quæ potuit acquirere, & non acquiſiuit, Gomez. in tract. de contract. tit. de reſtit. in integr. num. 14.

Retentio, & Retineri.

Retentio eſt fauorabilior actione, & compenſatione, & poteſt opponi aduerſus rem iudicatam, Rot. dec. 115. par. 2. diuerſ.

Retẽtionis ius tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione, l. hoc iudicium §. compendia verſ. ſi is qui à me emerit ff. cõmun. diuid. Alex. ad Bart. in l. qui exceptionem, §. ſi pars ff. de condict. indebit. & ibi Iaſ. Roman. ſingul. 177. Socc. conſ. 158. num. 28. lib. 2. Rip. in l. vbi purè §. fin. num. 3. ff. ad Trebell. Surd. conſ. 183. num. 5. lib. 2. Surd. deciſ. 50. num. 4.

Retineri licet non poſſit vna res, pro alia, tamen non procedit quando debitum pro quo retinetur eſt cõcontractum in conſeruatione eiuſdem

dem rei, Surd.decis.58. & Rot.decis.115.par.2.diuers.

Retrahere, & Retractus.

Retrahere intendens rem, non auditur si velit retrahere partem, Surd. cons.104.nu.5.lib.1. Crauet.cons. 191.num.4.

Retractus non habet locum quando consanguineus retrahens rem retrahendam sibi nolit, sed alicui extraneo, tex.in l.6.in fin.tit.7.lib.5. & in l.13.tit.10.lib.3.fori legum, quæ leges habentur in lib. 5.nouæ recopilat.tit.11.lib.7.refert.Marc. Salon de Pac.in cons.30. num.1. Amplia vt etiam non procedat retractus, quando emptor cum pretio non fuerit requisitus, idẽ Marc. Salon de Pace vbi supra num.2. & quando habeat locum ius retractus in vineis, & quæ requirantur in retractatu, vide ibi addit. D.Franc. de Balboa, & Paz, & cons.d.Marc. Sal.de Pac.37.per totum.

Reuerentia.

Reuerentia facit præsumi contractũ meticulosum, & ideo officio Iudicis rescinditur, de quo videas Bartol.in l.1. §.si onerãdæ ff.quãd.rer. act. non dat. & ideo videas per te, & ibi Addit. & in l.quæ dotis num. 23.ff.solut.matr. vide Fely. in cap. de eo de rescript.

Reuocatio.

Reuocatio procuratoris apud acta facta, non est opus intimari parti, Paul. Castr. in l.1. C. de satisdationib.Put.decis.114.lib.2.num.110. vide Peregr. decis.322.lib.3.& decis.258.lib.2. Abb. vide in contrarium in cap. mandatum de procuratorib.Rot.decis.325.tom.3.aliàs 258. eod.lib.diuers. Ias. in l. si quis arbitrat.num.21. ff.de verb. oblig. Grat.discept.forens.191.num.26.

Reuocatio simplex non comprehendit casum mixtum, neque cõditionalem, Seraph.decis.1409.

Reus.

Reus qualiter debeat probare defensionem suam, si in casu non ponit dies commissi criminis, Bart. in l. is qui reus num.9.& ibi Add.ff.de public.Iudic.

Reus non cogitur iurare vbicumque actor defecit in probationibus, Panor. in cap. fin. extr. de iureiur. Bald.in l.1.num.36. de iureiur. & latè per Addit. ad Marãt.in 6.par. princip.in 6. casu vers. sin autem producuntur testes num.73. & vide per Boer.decis.95.

Limitatur vt nõ procedat in foro mercatorum, vt per Addit. ad Marant.vbi supra, & vide gloss.in cap. 1. §. item si vassallus in verbo pares de inuestit.feud.

Reus effectus actor in causa reconuentionis, an possit Iudicem recusare, vide supra in verbo reconuẽtio in fin.

Rei appellatio generalis est, l.1. ff. si cert.petat.& ibi Bart.num.6.Alex. num.31.Dec.num.30.

Rubrica.

Rubrica habens orationem perfectã, potest allegari pro textu ad decisionem causarum, licet rubrica sit generalis, & nigrum speciale, ita Dec.in l.1.num.6. ff.si certum petatur, quam dicit omninò ore à scribentibus approbatam, vide Ias.cons.52.num.8.lib.1.

Rusticus.

Rusticus dicitur qui ruraria opera facit etiam si in Ciuitate habitet, nã serui rustici, & vrbani nõ loco, sed opere discernũtur, l. cum quæreretur §.1.ff.de leg.3. l. seruis vrbanis eod.tit.sed immo videtur considerandus locus habitationis, nam rusticana plebs dicitur habitantium extra muros Ciuitatis, l.1. C.ne rusticani ad vllũ obsequiũ deuocẽt. & licet rusticus dicatur ex opere, tamen etiam ex loco originis dici-

tur

tur rusticus, Napod.in cōsuet. vbi domus de iure congrui fol.339.nu. 69.& quòd rusticus emens feudum minimè nobilitetur, Camill.Saler. ibi in proœm. Regis Caroli fol.46. lit.E.

Rustici non habent ius congrui contra ciues Neapolis, ciues autem contra ipsos ius ipsum possunt liberè exercere, Afflict.in constitut. prosequentes col.3.in princip.Napod. in consuetud. vbi domus fol. 336.num.53.

Rusticus excusatur à pœna falsi, si nō ex malignitate, seu dolo, sed ex simplicitate quadam deposuit, Angel.in auth.de test.§.licet col.2.

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. S.

Sacrilegus.

SAcrilegus quādo sit ipso iure excommunicatus, tradit Abb.in c. cōquestus num. 7. de foro cōpet. & quòd nō gaudeat immunitate Ecclesiæ, si in ea delinquit, Decian.cap.26.num.9. & cap.27.nu. 5.de immunitat. Ecclesiæ, vbi plures distinguit casus, secus verò si extra Ecclesiam sacrilegium commisisset, latè Dom. Regens Carol. Tapia in Iure Regni sub tit.de his qui ad Eccles. confug. cap.95. nu. 24.lib.1.

Salarium.

Salarium duplex pro qualibet dieta vbi Iudex, seù Commissarius duobus negotijs vacat, exigere potest, nec vnū per aliud impeditur, quoniam ex solutione hac non est fiscus in damno, cùm secundum negotium necessariò erat alteri cōmittendum, cui solui deberet salarium, ita fuisse iudicatum per Regiam Cameram Summariæ, in causa vertente super redditione computorum Francisci de Vrso Magistri Actorum Regij Tribunalis Cāpaniæ die 18. Maij 1634. refert D. Consil. D.Francisc.Merlin. in cōtrouers.forens.par.2.cap.7.

Saluianum.

Saluianum interdictum conceditur
43 legatario pro iuribus competentibus testatori in bonis debitoris, Mant.decis.156.

Saluianum interdictum non admittit exceptionem discussionis, Roland.cons.14.lib.1.

Saluianum interdictum an competat ei, qui habet sententiam, & rem iudicatam, Ias.cons.88.num.8.& seq.lib.3.

Saluianum interdictum, idest assistentia conceditur cōtra tertium possessorem ex censibus decursis, Gaspar Roderic. de ann. redit. lib.2. quæst.9.sub num.54.vers.quæ prę diximus,& num.61.vsque ad num. 62. quem refert Mauson. de caus. execut.ampl.6.num.7

Saluusconductus.

Saluusconductus à quo concedi possit, & quando sit seruandus, vide per Felyn. in cap. accedens el segundo extr. vt lite non contestat. & quod non suffragetur emptori de recenti, qui habet merces emptas, Menoch.de arbitr.Iudic.cas. 203. num.24. nec conductori, eod. loc.num.18.

Saluusconductus non trahitur ad futura, Bursat.cons.345.num.35.

Sapiens.

Sapiēs debet esse cautus in prolatione verborum, cap. cum cessante extr.

Digitized by Google

extr. de appell. Bal. in cap. vetum extra de de iureiur.

Satisdatio.

Satisdatio quomodo sit formanda ob reuocationem sequestri, Alex. nu. 7. in l. si fideiussor. §. satisdatum ff. qui satisdat. cog.

Satisfactum.

Satisfactum se an fateatur residuum petens, vide supra in verb. residuũ num. 42.

Scientia.

Scientia est probanda ab eo qui in ea se fundat, Crauett. conf. 226. nu. 8. aliàs 225. in qua non licet arguere de præsẽti ad præteritum, Surd. con. 537. num. 14.

Scientia testamenti paterni, quando præsumatur in filio, vide Crauett. conf. 193. num. 6. & seq.

Sententia quæ elicitur ex vicinitate loci, cessat non data publica voce, & fama, Rot. decis. 465. par. 1.

Scientia alicuius rei, vt præiudicet, non debet esse ambigua, sed simplex cũ omnibus qualitatibus suis Becc. conf. 37. num. 23. Crauett. conf. 193. num. 8.

Scientia instrumenti in domo reperti præsumitur, Abb. conf. 19. lib. 2. Pancirol. conf. 20. num. 36. Crauett. conf. 193. nu. 7. & 8. Benint. decis. 69.

Scientia probatur coniecturis, Surd. decis. 221. num. 12. Curt. iun. conf. 64. Crauett. conf. 103. num. 7.

Scientia contentorum in testamento, probatur eo ipso, quod constat testamentum esse penès allegantẽ ignorantiam, Paris conf. 46. num. 17. lib. 2. Menoch. conf. 87. nu. 88. Peregr. de fideicommiss. artic. 52. num. 107. Neuizzan. conf. 94. nu. 19. Alba. conf. 59. num. 8. Soc. iun. conf. 128. nu. 124. lib. 1. Abb. conf. 19. lib. 2.

Scientia instrumenti præsumitur ex receptione solutionis vigore illius Crauett. conf. 276. num. 5. Rot. decis. 631. par. 1. ac quãdo actus subsequuti sunt iuxta contenta in dicto instrumento, Bart. in l. duo fratres §. qui Romæ ff. de verb. oblig.

Scientia, & patientia quando noceãt creditori anteriori, vide supra in verb. possessor num. 22.

Sclopus.

Sclopi an sint arma proditoria, vide Foller. ad pragm. ad restringendũ num. 7. & sequenti, & an sclopus rotatus ex se faciat delictum proditoriũ, Vinc. de Franch. dec. 713. n. 11. & 21. & adest Regia Prag. 3. sub tit. de ict. scop. quà cautũ est vt delinquentes; cum talibus armis reputentur proditores: sed quòd sclopi sint arma determinata ad offendendũ, & occidendum, Foller. vbi supra, & ex huiusmodi armorũ genere animus occidendi præsumitur, Giurb. conf. 62. nu. 22. quod intelligas quando quis emisit sclopum deliberatè ad nocendum, secus si ad se defendendum, quia tali casu non incidit in pœnam prag. Giurb. d. conf. num. 17. & 33. per quam pragmat. 1. de ictu scopittæ emittens ictum scopittæ, vel balistæ ad nocendum, etiam nõ sequuto effectu, pœna mortis naturalis in hoc Regno punitur.

Amplia vt consimilis ordinatio adsit in Regno Lusitaniæ, Gama in decis. 170. & sancitum, reperiatur etiam in Regno Siciliæ, vt per Mastrill. decis. 155. quem refert, & sequitur D. Ricc. collect. 1363. adde quòd in hoc Regno ictũ scopittę, seù sclopi emittentes non solũ reputãtur proditores vt in d. prag. 1. sed contra eos proceditur cũ for iudicationis termini abreuiatione ad dies quindecim per dispositionẽ prag. 2. & 3. de ictu scopittæ.

Scriniarij.

Scriniarij, idest Notarij, & apparito-

res, si intitulati in matriculis militum inueniatur, vel magistro militum obtemperantes, militis priuilegium, intestando non habent, l.scriniarios C.de testam. milit. licet contra videatur, l.vlt.ff. de milit. testam.sed solue ibi, quod fuit Notarius in loco hostili, vel iurauit se non vitaturum mortem propter rem publicam.

Scriptura, & Scriptus.

Scriptura priuata non probat ad fauorem scribentis, Rot.decis. 813. par.1. diuers. vbi declara nisi esset adminiculata, Crauett.cons.6. nu. 67.& 185.per totum.

Scriptura priuata, à priuato scripta, & testibus subscripta non probat, Imol. in cap.2. de fide instrument. vbi Felyn. num. 5.

Limita, vt non procedat quando in scriptura esset dictum, fuisse scriptum de voluntate partium, Felyn.in d. cap.2. num.5. de fide instrum.

Scriptura priuata plenè probat contra subscribentem, l.Publia §. fin. ff. deposit.l.quædam §.nūmularios cum gloss.magistr.ff.de edend. Geminian.cons.9.num.2. Alex.cons. 245.num. 1.lib.6. Aym. de antiq. tēpor.pa.1. §.viso de verbis enunciatiuis nu.15. Castrens.cons.225. lib.1.Alex.cons 84.lib.7.

Scriptura priuata sine die, & Consule valet, Bal. in l. cum tabernam §, idem quæsiuit C.de pignorib.&ibi distingue, Alex.in l.de pupillo,§. qui nuntiat num. 8. ff. nou. oper. nun.Castrens.in Alex.cons.84.lib. 7.etiam sine loco, Capell.Tholos. quæst.492.

Limita in libro rationū, nā debet habere diem Alex.cons.84. lib. 7.

Limita etiam, vt procedat quando fit ad obligandum, secus quando fit ad probandum, Riminald. sen. con.287.

Scriptura priuata nō probat l. scripturas C.qui pot.in pig.habeant. & declara, vt per Bartol. & DD. in l. admonendi n.26.ff.de iur. iurand. Ias. ibi num. 88. cum sequent. Riminal.senior cons.287.vide Grat. discept forens.51.

Limita vt nō procedat in scriptura facta super rebus paraphrenalibus, quia illi creditur contra tertium absque vlla testium subscriptione, Rom.in l. qui iure familiaritatis ff. de acquir.possess.Bald.& Salyc. in l.ob maritotum num.6.C.ne vxor pro marit. Pancirol. con.51. num. 4 Ias.in l. admonendi num.44.de iur. iurand.

Limita secundo in scriptura Sacerdotis, Add.ad Bart. in l. admonendi sub num.26.ff.de iur. iur. & ibi Ias.num.96. & nemo est priuilegiatus vt propriæ scripturę credatur, Purpur.in l.admonendi nu. 19.ff.de iur.iurand.

Scriptura informis si fuit obseruata, probat, Crauett. cons.158.num.1. & decis.789.par.1.vbi de communi reputatione, & consuetudine, Mant.decis.81.

Scriptura in qua enūciatur calculus, & quod talis debet centum, intelligitur pro resto, Bal.cons.98. lib. 2.

Scriptura in qua deficiunt nomen, & subscriptio Notarij, non dicitur informa probanti, neque iuuatur antiquitate, quoniam antiquitas nō sanat defectus visibiles, Rot. coram Ludouisio in Mediolan. decursus Aqu. 19. Octobris 1608.

Scriptus hæres, quando non adest in testamento vitium visibile, est mittendus in possessionem, vide supra in verbo possessio vers. in possessionem scriptus hæres.

Securus.

Securum aliquē facere, pluribus modis intelligitur, Soc.cons.93.lib. 1. num. 1.

Se.

Secundogenitus.

Secundogenito, primogeniti filia in successione maioricatus, an præfe. ratur, vide supra in verbo primo; genitus vers. primogeniti filia.

Semel.

Semel tale, semper est tale, instit. de fideicom. hæred. & ibi gloss. §. resti-
44 tuta, l. siue possidetis C. de probat. gloss. in §. sic itaque instit. de act. si apparet, vide gloss. in l. non vult ff. de reg. iur.

Limitatur in mutabilibus de natura, vel cõstitutione iuris, vt Add. in additionib. & Fab. in eod. §. & in simili vide quæ dicit Bart. in l. si cui §. ijsdem num. 8. ff. de accus. Bal. in l. 1. num. 14. in fin. C. qui admitti, Bartol. in l. de ætate in fin. 3. quæst. ff. de minorib.

Semel malus, semper præsumitur malus, cap. semel malus de reg. iur. in 6. & hanc regulam vide, Felyn. in cap. fin. num. 11. de præsumpt. & in simili Bald. in l. ex persona C. de probat.

Limitatur per Alex. in l. si fideiussor §. si satisdatum in fin. ff. qui satisd. cogant. vt non procedat quãdo mali mores essent purgati per triennium benefaciendo, vt probatur in §. hinc nobis Auth. de Monach. etenim nouus homo dicitur quis benè viuendo per triennium, Lud. Rom. consl. 236.

Limita etiam vt procedat in eodẽ genere mali, secus in diuerso crimine, Bald. in l. vlt. col. vlt. ff. de hæred. instituend. quem sequitur ibi Io: de Imol. Alex. cons. 5. col. 2. in princ. lib. 1.

Semel quod placuit, an amplius displicere possit, videto supra in verbo quod num. 32.

Seminarium.

Seminarium non erigitur ex destinatione loci, & aliarum rerum, sed ex introductione puer orum, vide Gonzal. super regul. 8. gloss. 5. §. 7. num. 68. & seq.

Senectus, & Senex.

Senectutis incõmoda, vide per Sarne. super regul. de infirmis q. 7.

Senectus licet à sexagesimo anno videatur incipere, vt per Abb. in cap. fin. num. 18. & 19. vers. ego puto cum additionibus ad eum, extra vt lite non contest. & in cap. si qui testium de test. & Iudicis arbitrio hoc sit remissũ, vt inquit Menoch. de arbitr. Iudic. casu 59. in fin. & Thom. actius in tract. de infirmitat. par. 1. cap. 19. nu. 7. & 8. Baiard. ad clar. quæst. 60. num. 27. & 28. Nouar. in prax. elect. fori quæst. 19. num. 3. versic. alia fuit opinio, Farinac. de testib. quęst. 78. cap. 2. num. 60. versic. secus in fin. D. Ricc. decis. 234. nu. 3. par. 2. relata per Nouar. vbi supra, tamen quod senilis ætas sit annorum septuaginta, est cõmunis DD. opinio, & propriè in hac ætate senes vocantur, Thom. act. vbi supra num. 7. vers. & tales, Carauit. Ritu 156. in prin. hi enim pro debito ciuili carcerari non possunt, Anchar. cons. 336. num. 2. vers. & sicut, Baez. in trac. de inop. debitor. cap. 7. relat. per Cons. Paschal. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 9. nu. 83. vers. item si debitor, Thor. in compend. decis. in verbo senex septuaginarius fol. mihi 497 in 2. edict. quia venerandi sunt senes, l. semper ff. ad municipal. & senectus infirmitati æquiparatur, cap. 1. versic. 1. de Cleric. egrotant. in 6.

Contrarium tenent Osasc. decis. 123. nu. 4. vers. quibus rationibus vbi sic testatur esse decisum, Menoch. de arbitr. Iudic. casu 305. num. 8. Monach. decis. Bonon. 68. num. 33. Consil. Paschal. de virib. patr. potest. d. cap. 9. num. 83. vers. idem debitor, Becc. cons. 10. in fin.

allegat. per eundem Consil. Pasch. ibidem.

Sed à prima opinione (vt magis pia, & æqua) non esse recedendum mihi videtur, ita & semper per M. C. Vicariæ cum carcerandis, constito (auditis creditoribus) de senectute obseruatum vidi, verùm cũ clausula, quod detineant domum solitæ habitationis loco carceris, & tantùm liceat eis in diebus festiuis audire diuina officia, idemq; cũ carceratis septuaginarijs Regię tàm generalis, quàm ipsius M.C.V. particularis visitationis tempore.

Senes inter miserabiles personas cõnumerantur, vt ex multis affirmat Nouar. in prax. elect. fori quæst. 18. nu. 1. vbi alios adducit, & fori electionem habere dicuntur D. Ricc. in collect. 1623. par. 5. Afflict. dec. 25. num. 1. Vincent. de Franch. decis. 508. Nouar. d. quæst.

Limita in casu decis. Vincent. de Franch. 608. quem refert D. Ricc. in d. collect. vbi alia senectutis priuilegia videas.

Sententia.

Sententia quando requiratur post confessionẽ, vide per Add. ad Abb. in cap. 1. de Iudic. sub num. 25.

Sententia potest ferri super libello incerto, dũmodo certitudo resultet ex actis, Capell. Tholos. quæst. 201.

Sententia pro parte nulla, nec reformari, nec confirmari potest, nisi contineret diuersa capita. Rot. decis. 204. & 205. par. 2. diuers.

Sentẽtia potest subscribi ab alio Iudice delegato, sine alia citatione, Gonzal. super regul. 8. post gloss. 9. tit. de nullit. num. 134.

Sententia non dat ius, sed illud declarat, Bellam. decis. 688. num. 28.

Sentẽtiam latam ad fauorem meum, ad instantiã falsi procuratoris possum ratificare, Aret. in §. præterea nu. 4. instit. de exept. & in §. item si num. 66. eod. tit.

Sententia lata contra scientes, alteri cuius interest nihil nocet, si ab eo causa non habet, vel si prohibere non potest, l. sæpè ff. de re iudic. vide per Fely. in cap. suborta sub nu. 19. vbi affert duas limitationes, & in cap. quamuis extr. eod. tit. vbi etiam Abb. vide latè Osasch. dec. Pedem. 156.

Sententia conditionalis in connexis non potest mandari executioni, Rot. decis. 626. par. 1.

Sententia lata contra mortuum non valet, l. in summa §. fin. & ibi DD. ff. de re iudic. nec etiam ad eius fauorẽ, Surd. consi. 99. lib. 1. Gabriel. cons. 56. lib. 1.

Limita vt non procedat vbi Iudex ignorabat mortem, Becc. cõs. 110. Surd. cons. 99. lib. 1. Grat. discept. forens. 127.

Sentẽtia lata, perempta instantia, est ipso iure nulla, Grat. cons. 26. lib. 2. idem si sit lata non seruata forma statutorum, vel iuris, Grat. d. cons. 26. lib. 2.

Sententia lata super principali non præiudicat incidenti, l. si Iudex ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. l. 1. §. Iulianus, & l. si quis à liberis §. vel parens ff. de liberis agnosc. gloss. in §. præiudiciales instit. de act.

Hoc limita vt per gloss. in d. l. si Iudex ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni iuris, & per gloss. in l. 1. C. de ordin. Iudic. & Aret. latè in d. §. præiudiciales num. 1. instit. de act.

Sententia in accessorijs potest esse incerta, Bald. in l. item Labeo ff. famil. ercisc. num. 2. Felyn. de libell. oblat. cap. 2. Rot. diuers. decis. 100. par. 1. & an possit Iudex condemnare, vide Pract. Papiens. in libello action. real. in verb. fructus, Bald. cons. 119.

Sen-

Sentẽtia præcisè obligat, adnotationes, in gloss. condemnatus in l. qui restituere ff. de rei vendicat.

Sententia Magnæ Curiæ infra summam ducatorum centum, & quinquaginta, mandatur executioni, præstita cautione, de restituẽdo in casu retractationis, non obstante appellatione, quæ admittitur citra præiudicium executionis per dispositionem Regię pragmaticę nos autem §. quod verò sub tit. de offic. Sacri Regij Consil.

Nota quòd si sententia fuit lata ducatorum centum, vna cum interesse liquidando, quod liquidatum excederet summam ducatorum quinquaginta, & sic sententia non posset executioni demãdari: licet actores desiderantes executionem remittãt interesse, & illud habeãt pro liquidato, dummodo non excedat summã ducatorũ quinquaginta, non videtur d. pragm. in hoc casu habere locũ, ita fuit decisum per Sac. Consf. quæ quæstio particulariter fuit posita per Vinc. de Franch. in decis. 141. vbi fuit iudicatum, quòd Magna Curia procederet ad liquidationem, & iterum relationem faceret, & licet in casu illius decis. possent multa pro actoribus adduci, vt saltim sententia exequeretur cum cautione pro illa quantitate quæ erat certa, iuxta d. pragm. & videtur probari in l. 1. C. de sent. quæ sine cert. quãtit. tamen inconueniens est, vt ait Muscat. in sua prax. par. 7. gloss. in condemnando nu. 109. in fin. quã allegat Io. Vinc. de Ann. in singul. 466. & 469.

Sententia lata super principali, non trahitur ad accessorium, l. fin. §. fin. & ibi gloss. & Bald. ff. de condict. indebit. vide aliqua per Felyn. in cap. suborta de re iudic. & dicas hoc procedere quando agitur cõtra ius commune, & illud quod venit in iudicium consistit in officio Iudicis nobili, Bal. in d. l. fin. §. fin.

Sententia præiudicat ei qui scit litem, & se non defendit, Gabriell. cons. 28. lib. 2. sed limita si esset nulla, vt ibi.

Sententia, seù laudum arbitri debet de necessitate ferri in scriptis, l. 1. C. de sentent. ex breuic. recit. gloss. in l. cum antea vers. susceperint C. de arbitr. Ias. in l. nec quicquam §. vbi decretum sub num. 64. ff. de offic. procons.

A sententia lata per sortem non datur appellatio, quia fortuna non habet superiorem secundùm Bald. in l. si duobus C. commun. delegat. Marant. in tract. de ord. Iudic. in 6. part. princip. in 6. casu vers. sin autem producuntur testes num. 85. & 87. cum seq.

Sententia interlocutoria quamuis quoad partem fecerit transitum in iudicatum, si sit iniusta debet per Iudicem reuocari, Corn. cons. 117. num. 5. vol. 4. quia quoad Iudicem non transit in iudicatum, Bellam. decis. 744 num. 6. declara vt non possit reuocari per Iudicem successorem, Surd. cons. 167. Grat. discept. forens. quæst. 155.

Sententia continens vnam summam si non valet in totum, non valet in parte, quia in sentẽtijs, minor summa non cõtinetur in maiori, quia est sui natura indiuisibilis, gloss. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic. vbi Bart. & alij Ias. in l. 1. §. stipulanti col. 4. ff. de verb. oblig. secus si sententia haberet clausulas separatas, gloss. in l. etiam §. 1. ff. de legat. 1. immo plures summæ ex pluribus causis debitæ, vna actione comprehensæ, debent cumulari, & pro vna summa reputari, nõ pro pluribus, l. si quis separatim §. si quis cum ita vbi Bart. ff. de appellat. nam licet sum-

ſumma ſit diuiſibilis, tamen propter vnicā petitionem, & vnicam ſententiam ſit indiuidua ex voluntate diſponentis, Bart. in l. grecæ §. illud ff. de fideiuſſor. nec obſtat, quòd dicitur de ſtipulatione, quia reſpondetur vt per Iaſ. in l. petens num. 15. C. de pact. Put. deciſ. 325. aliàs 323. lib. 1. latè Gabriell. conſ. 56. lib. 1. Capell. Tholoſ. quęſt. 216.

Sententia non poteſt ferri contra non legitimè citatum, quamuis afficiat ſcientes pro eorum intereſſe, Bellam. deciſ. 11.

Sententia nulla validata per reſcriptum Principis, nūquam nocet tertio, Felyn. in cap. quamuis in fin. extr. de re iudic.

Sententia lata contra principalem non extenditur ad fideiuſſorem contractus, Anchar. conſ. 35. Gabriel. conſ. 43.

Sententia quæ aliàs lata cōtra vnum præiudicaret alteri, non præiudicat quando eſt lata ex cōtumacia, Bart. in l. cum filius fam. num. 4. ff. de verb. obligat. & in l. ſi percuſſorio §. quoties ff. de appellat. & relat.

Sententia lata contra principalem in taxatione expenſarum, afficit fideiuſſorem de iudicatū ſoluendo ipſo non citato, Bald. conſ. 254. lib. 1. Add. ad Bartol. in l. cum filius fam. ff. de verb. obligat. Felyn. in cap. quamuis ſub num. 15. in fin. de re iudic. vide Gabriel. tit. de citat. concl. 1. num. 321.

Sententia lata per tertium arbitrum tantùm, non valet, Bald. in l. iubemus C. de appell.

Limita vt non procedat, quando iſte tertius eſſet electus ex diſpoſitione iuris, Bald. in l. iubemus C. de appellat. vide Soc. conſ. 54. lib. 1. Bald. & DD. in l. item ſi vnus §. fin. ff. de arbitr. Gabriel. tit. de arbitr. concluſ. 1. Angel. conſ. 152.

Sentētia lata parte præſente ſupplet defectum citationis, Rot. deciſ. 447. par. 1. num. 3.

A ſententia lata ab obſeruatione Iudicij appellatur, Aret. inſtitut. de perpet. & temporalib. act. §. fin. numer. 4.

Sententia incerta non debet exequi Surd. conſ. 248. num. 13. gloſſ. in cap. illa extr. de accuſat.

Sentētia de ſolemnitate formali debet continere condemnationem, ſeù abſolutionem, licet poſſit adimpleri per ęquipollēs, Add. ad Bart. in l. qui bona fide §. ſi alieno ff. de damn. infect. Capell. Tholoſan. quæſt. 224.

Sententia non probat fuiſſe ſeruatas ſolemnitates, Abb. Felyn. & gloſſ. in cap. ad reprimendum de offic. ordin. & in cap. 1. nu. 3. de lit. conteſt.

Sententia nulla poteſt dici iniuſta, Alex. in l. cum ſeruus num. 4. ff. de condict. cauſ. data.

Sententia lata vigore ſtatuti particularis, non extenditur ad bona extra territorium, Capell. Tholoſan. quæſt. 412. & ibi Add.

Sententia aſſiſtentiæ paratam habet executionem, nam Iudex à quo, appellatione nō obſtante, poterit (bonis appretiatis) procedere ad adiudicationem, vt in pragm. quæ ortum habuit à quodam Ritu M. Cur. incip. M.C. ſub tit. de appellat. Marant. in tit. quandoque appellatur, num. 181. alleg. deciſ. Afflict. 261. quam omninò videàs, & etiam deciſ. 187. & 188. in quibus ponitur forma, & vis dictæ ſententiæ, vide Vinc. de Franch. deciſ. 86. num. 2. & deciſ. 120. & 136. per totam, vbi multa ſcitu digna: & licet dicta pragm. & Rit. non loquantur an ſit procedendum ad adiudicationem, appellarione nō obſtante cum cautione, tamen Afflict. in de-

ciſ.

cif.261.nu.1. videtur concludere, quod sicut in alijs decretis M. C. V. si appellatur executioni demãdatur præstita cautione, ita etiam sentẽtia assistentiæ, appellatione non obstante, executioni demandatur quoad caput adiudicationis, præstita idonea cautione de restituendo in casu retractationis, Muscatell.in sua prax. part. 7. gloss. condemnando num.115.ita & ego ipse in Mag. Cur. Vic. obseruauit, & semper obseruari vidi.

Sententia licet non iustificetur ex actis, non propterea potest dici iniusta, cum Iudex potuerit aliunde moueri, Alex.in l. rei iudicatæ §.1. num.6. ff.solut.matr. Rip. in l. fin. §.si Iudex num.9.ff.de re iud. Crauett.cons.198.in fin. Curt.iun.cõs. 97.num.6.Alex.cons.105.lib.5.vide Bullam Vrbani Quinti, Cæs.de Grass.decis.146.num. 5. Couarru. lib.1.var.resolut. cap. 1.nu.9. Cassador.decis.12.num.8. super regul. Cancell. Rot.decis.445.par. 1.diuers. & quod vbi processus est nullus, si quoque sententia, Castrens. cons.401. lib. 1. num.13.

Sententia interlocutoria habẽs vim diffinitiuę, potest reuocari ab ordinario, secus à delegato, Roman. consil.358. Crauet.consil.181.sub num.2.Capell.Tholos. quæst. 364.

Sententia interlocutoria tacita, & expressa, quæ sit, & qualis differẽtia sit inter eas, Castren.cons.334. lib. 1.

Sententia interlocutoria non efficitur diffinitiua ex eo quod Iudex vtatur verbo dicimus, & sententiamus, Bal.in l.ante sententię in fin. C.quor.appellat.non recipiũt. Felyn.in c.significante nu. 5. extr. de rescript.Crauett.cons.186. nu. 5.Anch.cons.353.

Sententia merè interlocutoria quę dicatur, vide latè per Aret.consil. 106.& 107.Soc.sen.in rub. ff.de re iud. Crauett. cons. 181. Capell. Tholos.quęst.364.

Sententia lata in possessorio est diffinitiua, Castrens.cons.401.lib.1. & inibi vide add.

Sententia lata in possessorio quamuis absorbeatur per sententiam latam in petitorio, nihilominus plures operatur effectus, Add. ad Capell. Tholos.quęst.495.

Sententia lata super restitutione rei, & quatenus non extet super ęstimatione, valet, Roman.cons. 281. & 270. Alber.in l. 4.C.deposit.

Sententia quæ continet condemnationem ad interesse, est diuidua, & debet continere condemnationem pro parte agentis, Bal. in l. supra iter §. celsus ff.de aqua pluuia arcend.

Sententia interpretatur secundùm naturam actus, super quo fertur, Crauett.cons. 241. num.7. & cons. 186.num.5. & secundùm libellum contentorum agentis, Crauet.cõs. 188.num.1.& sequ. Castren. cons. 376.lib.1.

Sententia contra sententiam quando valeat, vide per Add. ad Felyn. in cap.capitulum sub num.15.de rescript. & in cap. inter Monasterium de re iud. vbi affert plures limitationes, Dec. cons. 84. in fin. Gabriel.cons.54. lib.1.Affin.in sua prax.iud.§.13.cap. 6.num.13. Ias. in l. ait prætor §.si damnetur ff. de iur.iurand. But.cons.27. Alex.cõs. 114.lib. 5. etiã vtraque parte prosequente, Cæs.de Grass.decis.1.de appell.Vinc. de Franch. dec. 398. Et quod valeat quãdo apparet de notoria iniustitia, Felyn. in cap. cũ contingat de offic.Iud.delegat.nu. 7.Lanfranc.tit de senten.num.45. vbi quod secunda sententia interlocutoria debet facere mentionẽ de prima.

Et

Et si non sit discussus articulus disertionis, Bellam.decis.418.

Sententia interlocutoria est secundum decretum,& potest reuocari, gloss. & DD. in cap. consulationibus de offic. Iud. delegat. Roman. cons.454.

Sententia reuocata, nullum tribuit iuris effectum,& titulus ex ea causatus reducitur ad non titulum, Roman.cons.454. num.26. Natt. cons.535.num.2. Surd.cons.268. Pedemon.dec.160.num.12.Becc. cons.95. num.5. & restituitur res cum fructibus,Surd.decis.163.nu. 13.& 171.num.5.& cons.14.num. 16. Moder.de Saluian.interd.inspect.4. cap.1.num.45.& censetur reuocati omnes actus subsequẽtes, & ab ea dependentes,Corn.consil. 117.num.5.

Sententia Iudicis delegati nõ probat sine cõmissione,glos.Abb. & Fely. in cap.cũ in iure de offic.delegat. Limita quando essemus in antiquis, vel sententia fuisset lata citata parte, & non contradicente, Curt.iun.cons.113.num.91.lib.3.

Sententia excommunicationis numquam transit in iudicatum, gloss. Abb.& Felyn.in c.ad reprimendã de offic.Iudc.ordin. Felyn. in cap. consanguinei de sentent.& re iud.

Sententia iniusta lata à delegato, dicitur nulla, Crauett.cons.182.nu. 9.& seq.

Sententia nulla ad fauorem minoris valet,l.non eo minus C. de sentẽt. quod declara,vt per Abb.& Fely. in cap.causam quæ de Iudic.

Sententia nulla respectu vnius non citati, potest valere respectu alterius citati, Gabriel.cons.56.num. 14.lib.1.Angel.cons.66.num.4.

Sententia est nulla quando non constat de deputatione Iudicis,& termini substantiales non sunt seruati, Grat.descept.forens.170.Rota coram Litta in Romana pecuniaria, seu furti 6.Nouembris 1596.

Sententia refertur ad id quod fuit petitum,glos.in l.si quis ff.ad exhibendum, Sarne.super regul.Cancell.quæst. 58.num.8.

Sententiæ conformes quando dicantur, in quo sint exequendæ Crauett.cons.183. Socc.iun.cons.18. lib.1. Gabriel.cons. 56. lib. 1.& in Regno duæ sententiæ conformes latæ per quoscumque iudices inferiores; & alia arbitrorum vigore alicuius compromissi,confirmata tamen per Magnam Curiam, non excedens summam vnciarum 25. appellatione ad S. C. non obstante, executioni demandantur, præstita cautione in casu rectratationis, vt disponitur per pragm.3.incip.deficiente de offic. Sac.Reg. Cons. Muscatell. in sua prax. part.7. gloss. condemnando fol.mihi 131. num.104.

Sententia non parit exceptionem rei iudicatæ in omissis per Iudicẽ, licet petitio fuerit generalis,Amanel. de Claris singul. 70. incipit si peto à te centum, inter singul. diuers.Castrens.in l.si ex testamento in fin. ff. de except.rei iudic. latè Felyn.in cap. cum inter nu.5.extr. de re iudic. Capell. Tholos.quæst. 179. Marches.de commiss. appell. super diuers.capit.num.27.

Sententia per quam quis declaratur legitimus procurator, potest à Iudice reuocari vti interlocutoria, Soc.in l.quod iussit num. 56. ff.de re iudic.Crauett.cons 141.

Sententia iniqua,& iniusta dici non potest, ad cuius fauorem lata est, præsertim si sit exequutioni demãdata, Pancir.cons.12. nu.8. & seq.

Sententia absolutoria parit exceptionem rei iudicatæ, etiam si censeretur lata quia non fuit probatum, Couar.var.resol.lib.1. cap.1. sub

sub num.8.paulò post princ.qui dicit esse receptam opinionem, Rip. in l.admonendi ff.de iur.iur.num. 77. Ias. in l. cũ autem ff. de edend. Surd.cons.312. num.6. & num.27. & contr. d.Surd. cons.189. nu.40. & 42.

Sententia quæ de per se non est certa, vel per relationem ad acta, est nulla, Alex.cons.109.lib.5.

Sententia declaratoria rem ad aliquem pertinere, probat dominiũ, Felyn.in cap.cum venerabilis nu. 28. de except. Alex.cons.98.num. 9. lib. 5. & sequuta executione sententiæ transfertur dominium, Alex.d.cons.98. nu.9. Paris cons. 42.num.28.lib.1.

Sententia regulariter dicitur valida, pro qua constat de citatione, iurisdictione, & mandato, Rot.decis. 96.par.2.diuers.

Sententia in possessorio debet ferri ad æstimationem possessionis, non autem ad valorem rei, quia esset nulla, Seraphin.decis.722.

Sententia interdicti, videto infra in verb.suspensio num.51.

Sepulchrum, & Sepultura.

Sepulchrum proprium, scilicet quoad proprietatem nemo habere potest, Rot.decis.781.par.1.diuers.& ibi de quasi possessione.

Sepulturam eligere cuique liberum est, Rot.decis.492.

Sepultura Ecclesiastica seipsum occidens carere debet, Lud.Roman. sing.264. incipit fui interrogatus.

Sepultura debitoris corporis à creditoribus an impediri possit, vide supra in verb. Cappella vers. Cappellæ non veniunt.

Sequentia.

Sequentia ex præcedentibus declarantur, l.si seruus plurium §. fin.ff. de legat.1.& in l.vtrum ff.de petit. hæred.

Sequestratarius.

Sequestratarius non potest de proprietate litigare, nisi exhibita re penes eum sequestrata, glossa in l. si quis conductionis, C. de locat.& cõduct. & idem in omnibus qui alieno nomine tenent, vt in conductore, tutore, depositario, gestore, & vsufructuario, si non est in his aliqua iusta causa retinendi d.gloss.cuius textus intellectus reprobatur per Ang.Salic.Bar.& tex. in l. qui rem ff. deposit. vbi tenet Bart.quod hi possunt opponere exceptionem de dominio proprio si agitur depositi, commodati, vel simili actione, quia dominiũ proprium impedit contractum, & per consequens obligationem: sed distingue vt per eum in l.commodare ff. commodat. vbi quod si agitur condictione dictæ legis si quis cõductionis, nisi facta restitutione, nõ possũt de proprietate litigare, secundùm cuius intellectum, cum exercendo munus M. C. V. Iudicis, in simili causa domi prouidissem, quòd caperetur informatio, & interim bona sequestrata penes alium deponerentur, nè venditio impediretur si dolò hoc factum per sequestratariũ talem quæstionem opponentem certiorarer; relatione facta, preuia supplicatione Sac.Cons.prædictum decretũ confirmauit: & licet vnus ex dominis dixit, quòd magna cum æquitate prouisum fuit, nam per tradita sequestratarius non potest referre quæstionem dominij, & instante, sicut pars aduersa instabat ad venditionem procedi debebat; tamen ego semper in dubio quando dolus non apparet talem æquitatem haberem.

Sequestratarius potest cõueniri exequutiuè vti depositarius, l. penul. ff.depos. Rolan.cons.17.lib.1.n.1.

Sequeſtrum.

Sequeſtrum duplex primum rei de qua eſt lis, ſecundum, vt ſit cautum creditori, Bald. in l. 1. C. de prohibit. ſequeſtr. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 3. num. 4. de fideiuſſ.

Sequeſtrum non afficit niſi perſonaliter præſẽtetur, Alex. in l. 4. §. prætor num. 2. de damn. infect. Vant. de defect. citat. num. 83. Tiraq. in tract. de ligna. § 9. gloſ. 2. num. 44. quod multò magis procedit in prohibitione de non ſoluendo, Pariſ. conſ. 107. num. 7. lib. 3. Iaſ. poſt. Bart. in l. non ſolum §. morte num. 33. ff. nou. oper. nunc.

Sequeſtrum reuocatur per præſtationem fideiuſſoris, l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatisdatum ff. qui ſatiſdar. cogant. Hoc tamen limitatur multis modis, vt per Alex. ibi num. 5. & in primis non vendicat ſibi locum quando ſequeſtrum eſſet factum vt debitor ſoluat, quia non debet reuocari, niſi ſoluat, per l. ſi pecuniæ §. fin. vt in poſſeſſ. legat. & alias limitationes vide: & factum ſequeſtrum, vt debitor ſoluat, dicitur quando eſt factum pro executione ſentẽtiæ, videas Galeſ. in tract. obligat. Cameral. in quæſt. poſt proceſſ. incident. num. 39. pag. 286.

Sequeſtrum volũtarium amittit poſſeſſorem, Rot. deciſ. 46. num. 1. par. 1. ſecus in neceſſario Bart. in l. intereſſe puto ff. de acquir. poſſeſſ. DD. in l. vnica C. de prohibit. ſequeſt. vide Surd. conſ. 280. nu. 10. lib. 2. Guid. Pap. deciſ. 246. Grat. diſcept. forenſ. quæſt. 114.

Sequeſtrum non transfert poſſeſſionem in eum ad cuius petitionem factum fuit, l. intereſſe vbi Bart. ff. de acquir. poſſeſſ. Boſſ. in tit. de partu ſuppoſito num. 6. & 23. Add. ad Veſtr. in ſua prax. lib. 7. cap. 2. num. 17. Sarne. ſuper regul. de annal. quęſt. 46. Rot. deciſ. 273. par. 2. diuerſ. Boer. deciſ. 277.

Sequeſtrum vbi de facto factum reuocatur, Seraph. deciſ. 1335.

Sequeſtrum in beneficialibus conceditur vbi reus abeſt contumaciter, cap. olim de reſcript. vbi Abb. & Felyn.

Sequeſtrum licet regulariter ſit prohibitum, deſcriptio tamen ſemper permittitur, Angel. in l. idem ff. de appellat. Grat. diſcept. forenſ. cap. 114.

Sequeſtrum conceſſum à Iudice layco contra Clericum, eſt nullius momenti, Franc. in cap. ſæculares de foro compet. in 6.

Sequeſtrum, lite finita, reuocari debet, l. ſi oleum vbi Bart. ff. de dolo malo, Curt. de ſequeſtr. quæſt. 56. deciſ. Magon. Flor. 115. num. 3.

Sermo.

Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice, l. boues §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif. l. cum pater §. pater certam vbi Bart. ff. de leg. 2.

Declara, & limita vt per Iaſ. in l. diuortio §. quod in anno num. 12. & ſeq. ff. ſolut. matr. limita vt per Dec. conſ. 612. quando primus actus conſumit effectum ſecundùm voluntatem diſponẽtium, aliàs ſecus, declara etiam, & limita pluribus modis, vt per Felyn. in cap. 2. de tregua, & pace, & ibi Abb.

Seruitus.

Seruitus, quæ cauſam diſcontinuam habet, ad hoc vt præſcribatur, requiritur tantùm tempus cuius initij memoria non exiſtat, l hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & eſt. gloſſ. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. Limita vt non procedat quando ille qui allegat ſeruitutem ſibi debitam, dicit habere titulum ab eo qui potuit concedere, licet illud non probet, ſi tamen probet poſſediſſe decem, vel viginti annos inter

ter absentes, obtinebit, gloss.in l.seruitutes, la grande, ff. de seruitutib. Castrens. in d. l. vbi etiam Bald. Aret.in princ.institut.de actionib.Soc.sen. regul.24. in littera S.

Seruitus negatiua nõ acquiritur absque scientia debentis, nec afficit practica, Castr.in l.qui luminibus num.2.ff.de seruit.vrb.præd. l.1.& ibi DD.C.de seruit.& qua.

Sigillum.

Sigillum personæ in dignitate ecclesiastica constitutę, tribuit authoritatem scripturæ, aliàs non authentica, Rot.decis.535.par.1.

Sigillum quam probationem faciat, tradit copiosè Menoch.de arbitr. Iudic.lib.2.cas.113. & operatur vt facilius scriptura recognoscatur, & idem quod subscriptio operatur num.9. & seq.Ias.in l.si ita stipulatus §. Chrisogonus nu.2. ff. de verb.oblig.

Silua.

Siluam non cedutam cedens, dicitur dilapidare, gloss.in extrauag. execrabil. in verb. magnificentia extra de præbend.

Similia.

Similium ad similia quando sit procedendum, Felyn.in cap.3. num.12. & seq.de constit.

Simonia.

Simonia vt dicatur commissa, attenditur solùm petitio, Felyn.in cap. M.Ferrariensis num.21.de constitut.

Sindicus.

Sindicus ab Vniuersitate quomodo constituatur, vide Aret. in §.fin.instit.de Curat. in fin. & quæ contra Sindicum opponi possint, vide per Aret.in §.præterea num.47. de except. vbi quãdo constituẽtes obligentur insolidum num.51. specul. de sindico.

Sindici dicto referentis maleficium commissum in villa statur, Socci. conf.55.lib.1.

Sindicus a quibus constituatur, tradit Alex.cons.16. lib. 6. num. 1. vbi quòd à Cõsiliarijs, vel ab eorũ maiori parte, Specul.titul. de sindic. Mascard.de probat.concl.1307.

Singularitas.

Singularitas testium non obstat in crimine læsæ Maiestatis, vide infra in verbo testes versic.1.

Societas.

Societas inter fratres cõtrahitur ex solo vsu, l.idemq; ff.pro socio. Limita vt procedat super illa re, de cuius vsu apparet, Bart.in l.1.§. si quis hoc interdicto, ff. de itinere, actuq; priuat. Ias.cons.5. lib.1. plura nanque requiruntur ad seducendam societatem omnium bonorum, Ias.d.cons.5.lib.1.

Societas requirit diuersitatem personarum, non autem potest contrahi cum se ipso, Rot.decis.622. p.1.

Societas officij contracta super duobus officijs, vno alienato, societas non finitur, si officium quod restat sit habile ad respondendum danti pecunias, decis.Rot.Roman.in 1. par. decis.288. in nouis, & idem si moriatur vnus ex fideiussoribus vt inibi.

Societas tacitè contrahitur per actus eam necessariò inferentes, Abb. conf.87.lib.2.

Societas fortis dicitur vbi in dissolutione fors diuidi debet, aliàs institoria appellatur, Rot. decis. 763. par.1.

Socius.

Socius criminis qui indulgentiam delicti obtinuit, potest torqueri vt faciat indicium contra socium, Vincent. de Franch.decis.459. D. Ricc.collect.133.in fin.

Socius tenetur contribuere in refectione rei communis, alioquin renunciare debet vsui rei commu-

nis, Sutd.conſ.62. num.19. lib.1. & conſ.43.in fin. vide Hect.Felic, de ſocietat.cap.27.num.36.

Socius qui rem cõmunem inuito ſocio colit,conſequitur integros fructus, nec tenetur illos cum ſocio prohibente diuidere, Hect.Felic, de ſociet.cap.28.num.19.

Socij criminis dictum, per ſe ſolum ſine alijs inditijs, non ſolùm nõ facit probationem,ſed nec indicium ad torturam, Alex.conſ.475.Salic, in l.fin.ad fin.C.de accuſat.

Limita in ctiminibus exceptis, vt læſæ Maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ, ſodomiæ,falſæ monetæ,& blaſphemiæ,& alias limitationes, vide ſupra in verb.dictum nu.20 & ſocius qui indulgentiam delicti obtinuit poteſt torqueri,vt faciat indicium contra ſocium, vt dixi ſupra in 1.concluſ.

Socius non præſumitur habere mandatum à ſocio ad illum obligandũ, Galiaul, in l.ſtipulationes col.4 ff. de verb.oblig.

Limita in ſocijs qui habent merces alicuius generis venales,quia quatenus ad diſtractionem illarũ videntur ad inuicem præpoſiti, Ronch.de duobus reis l. eandem num.98.& ſeq.

Socius non tenetur pro debito ſocij non ſoluẽdo, Gomez.tract. vltim, volunt.tit. 2.num.17.

Socius qui rem cõmunem cum alio conſocio obligauit, ſi illam emat, non efficitur dominus, l.fin.§.quatuor filios vbi DD.ff.de legat.2.

Solemnitas.

Solemnitates quę requirũtur in alienatione rerum Eccleſiæ, curſu tẽporis præſumuntur, Add.ad pract. Papienſ. in form. libell. act. real. verſ.vetis legitimis verb.melior.

Solemnitas non neceſſaria, ſi minus legitimè adhibeatur, actum non vitiat,Siluan.conſ.26.num.6.

Solemnitas quæ requiritur ad remouendam fraudem,& deceptionem in actu,ſi non ſeruatur non corruit deceptione ceſſante,Honded.cõſ. 58.num.68.lib.1.

Solitum.

Solitum inducitur ex vno,& duobus actibus, Felyn,in cap.eam te num. 22.de reſcript.

Soluere, & Solutio.

Soluere pro alio, etiam quod omnis poſſit, tamen ſæpè creditor nõ cogitur recipere,vt quando ſua intereſt propter recognitionem, Iaſ. conſ.74.lib.1.

Soluens creditori ſui creditoris quãdo liberetur, vide per Alber. in l. ſolutum §. ſolutum ff.de pignorat. act.num.8.& 87.

Soluens locatori rei alienæ, liberatur à vero domino, Abb.conſ.16. lib.1. vide Surd.conſ.43.lib.1. Afflict deciſ.335.& deciſ.147. Surd. conſ.150.num.104.& ſeq. Capell. Tholoſ. quæſt.122. Grat.diſcept. forenſ.20.

Soluere pro alio nemo cogitur, quãuis poſſit ab eo repetere, Bald.in l. ſupra iter alienum §.apud feroçẽ ff.de aqua pluuia arcend.

Solutum quãdoque petitur citra malitiam, Rot.deciſ.788. nu.14. par, 1.diuerſ.

Soluens poſt ſententiam abſolutoriã repetere non poteſt, l. Iulianus ff. de condict.indebit.quando partes concordant debitum præceſſiſſe, Bart.in d. l.Iulianus num.6.

Limita vt non procedat quando in ſententia fuit dictum omninò eſſe indebitum, Bartol.vbi ſupra,& declara vt inibi per eũ,quem omninò videas.

Soluens creditori priuilegiato,non ſuccedit in locũ illius,niſi ſibi iura cedantur, Angel. in l. ſi cum pecuniam ff.de priuileg.fiſc.

Soluens ſuo debitori non prohibetur

tur petere quod ab ipso sibi debetur, l. si cum dos ff. rer. amotar. & ibi gloss.

Soluendi facultas illud quod erat in solutione, tollitur per litis contestationem, Bart. & DD. in l. si quis stipulatus ff. de solut.

Solutio in dubio videtur facta in duriorem, & antiquiorem causam, l. 1. vbi DD. ff. de solut. latè Bart. in l. cum ex pluribus eod. tit. & Imol. in d. l. 1.

Limita in mercatoribus qui ponũt ad debitum, & ad creditum, quia est in electione debitoris, Imol. in l. 1. ff. de solut. Alex. conf. 85. lib. 3: Dec. conf. 308. Surd. conf. 82. lib. 1. Limita etiam, vt non possit poni ad compotum causæ de qua sit cõtrouersia, quamuis antiquior, Riminald sen. conf. 297. & debitum antiquius dicitur, cuius dies citius cedit, Bart. in d. l. cum ex pluribus, Imol. in d. l. Menoch. de præsumpt. præsum. 136. n. 10. & cõs. 121. lib. 2. Ruin. conf. 126. lib. 4. Castren. in l. si ex pluribus §. fin. ff. de solut Marant. in proœmio suæ praxis nu. 20. Surd. decis. 186. & 117. num. 10.

Amplia vt præsumatur facta solutio de vsuris d. l. 1. ff. & C. de solut. Et declara vt nõ procedat in vsuris quę veniũt contra naturã obligationis, Bart. in l. si post moram ff. de eo quod certo loco num. 2. & ibi Castren. num. 2.

Limita vltimo quando quod soluitur fuit redactum ex pignore, nam tunc cedit in satisfactionem rei pignoratæ, l. ob triginta ff. de solut.

Solutioni adiecto rectè soluitur, non tamen confitendo præiudicat, l. quod stipulatus ff. de solut. Surd. conf. 540. lib. 4. Rot. Ianuen. decis. 54. Strach. de adiecto par. 1. in fin. num. 47. & par. 3. nu. 125. & est in electione creditoris agere contra adiectum, vel debitores, Bald. cõs. 281. vol. 5. vide Bart. in l. Iulianus §. qui fundum ff. de verb. obligat.

Solutio ex diuturnitate tẽporis præsumitur, ad quod vide Rot. decis. 788. diuers.

Solutio facta hæredi, licet postea restituatur aduersus aditionem, liberat debitorem, l. filius ff. de solut, vbi Castrens.

Solutiones tres continuatæ faciunt præsumi solutum in præteritum, Curt. Iun. conf. 97. num. 5. Capell. Tholos. quæst. 236.

Solutio ex quibus præsumatur, Surd. decis. 105.

Solutio particularis habet plura incommoda, Surd. decis. 345.

Solutio facta alteri quàm vero domino, vel procuratori non prodest, l. si ego de negot. gest. vide Salyc. in l si is C. de furt. & seru. corrupt. Alex conf. 120. lib. 5.

Limita non procedere quando in contractu crediti, persona cui fuit facta solutio stipulata fuit solui sibi, Becc. conf. 19. Seraph. dec. 358.

Solutio facta tutori liberat soluentẽ, Rot. decis. 715. nu. 1. & decis. 722. par. 1.

Ad solutionem collectarum tenetur proprietarius, & non cõductor, secũdùm omnes, in l. 1. C. de annon. & trib. & præsertim Alex. in conf. 4. & nouissimè Berou. in cõs. 146. vt refert Vinc. de Franch. in decis. 107. num. 5.

Solutio ficta non sufficit ad dandam actionem contra alium, Bart. in l. cum filius in fin. ff. de verb. oblig.

Solutio præsumitur facta ex causa, ob quam fieri poterit, non ob impossibilem, Crauett. conf. 83. nu. 7.

Solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio, §. fin. institut. quib. mod. tollit. obligat.

Limita quatuor modis, vt per Alber. in l. mulieris ff. de verb. signific.

ſic. & Bart. in l. ſi quis aiium ff. de ſolut. Cepoll. caut. 123.

Solutio facta procuratori habenti mandatum ad exigendum, non liberat debitum, quatenus ſoluerit ante tempus, niſi eſſet procurator cum libera, Munoz. de ratioc. cap. 23. num. 49. Grat. diſcept. forenſ. 127. num. 33.

Species, & Specialia.

Species ſeiuncta à genere, non continetur amplius ſub illo genere, §. iuris præcepta inſtitut. de iuſtit. & iur. & ibi Oxzer. latè quem omninò videas, l. doli clauſula ff. de verbor. oblig. l. ſãctio legum de pœnis.

Specialia duo non poſſunt ſimul concurrere, videto ſupra in verbo duo.

Spoliator, & Spoliatus.

Spoliatori datur manutentio donec cauſa ſpolij terminetur, Rot. deciſ. 482. par. 3. & deciſ. 50. num. 29 par. 2. & 269. par. 2. num. 7. Scraphin. deciſ. 717.

Spoliatus vt quis dicatur, debet probare poſſeſsionem, & eiectionem, cap. cõſultationibus de offic. deleg. vbi gloſſ & DD. nec iſtud primum extremum probatur ex conſtituto in contractu nullo, Rot. deciſ. 224. par. 2. diuerſ.

Spoliatus non dicitur qui facto ſuo cecidit à poſſeſsione, quę transfertur etiam ex contractu nullo facto à minore, non ſeruatis ſolemnitatibus, ſecus ſi à pupillo, Put. deciſ. 377. lib. 3. Ruin. conſ. 137. lib. 1. Rot. deciſ. 93. par. 2. diuerſ. quæ declarat, Achill. dec. 15. de reſtit. vide Becc. conſ. 13. Caputaq. dec. 6. par. 3. Seraph. deciſ. 264.

Spoliatus debet ante omnia reſtitui, l. ſi quis ad ſe fundũ, & ibi gloſſ. & DD. C. ad l. Iuliam de vi: nec tenetur aduerſario reſpondere, niſi ſibi refectis expenſis, & fructibus, Abb. in cap. accedens el ſegundo nu. 5. extr. vt lite non conteſt. & in cap. fin. num. 4. extr. de ordin. cognit. & ibi affert rationem ne nudi cõtendamus, & inermes.

Ampliatur vt hoc procedat etiã ſi fuerit ſpoliatus decreto Iudicis inualido, not. Ang. Aret. in §. quadrupli nu. 42. inſtit. de act. Benint. deciſ. 93. quod non procedit ſi patitur probationes fieri de dominio ab aduerſario, vt eſt caſus, & ibi per DD. in cap. 1. extr. de reſtit. ſpol. Aret. in §. ex maleficijs nu. 27. inſtit. de act. & idem in §. ſic itaq; num. 12. inſtit. eod.

Ampliatur ſecundo vt principale dictum procedat etiam ſi inuaſor offerret probationes in continenti, cap. litteras tuas extr. de reſtit. ſpoliat. & quando teneatur docere de titulo, Bellam. deciſ. 17. & 49. vbi ſecus ſi per viam attentati.

Limitatur primo iſtud procedere in rebus profanis, ſecus in concernentibus peccatum, & quando periculũ animæ immineat, d. cap. litteras tuas, & ibi gloſſ. offerenti incontinenti extr. de reſtit. ſpoliat.

Secũdo limitatur vt non procedat quando eſſet notoriũ de dominio, nã tũc ſpoliatus nõ eſt reſtituẽdus, vt eſt communis opinio, prout teſtatur Iaſ. in l. naturaliter §. nihil commune ſub num. 43. & Soc. iun. ibidem ſub num. 79. Abb. in cap. cum dilectus num. 19. extr. de ordin. cognit. vide Crauett. conſ. 5. num. 8. & de non iure non dicitur conſtare, niſi per confeſſionem, vel rem iudicatam, Rot. dec. 453. par. 1. num. 8.

Limitatur tertio non procedere quando exceptio cõcludit ad petitorium, & poſſeſſoriũ ſimul, cap. accepta cum ibi not. de reſtitut. ſpoliat. Butr. in cap. in litteris in 11. col. & in cap. ex conqueſtione in 6. col. eod. tit. Iacob. Veneat. de

annua

annua præstat.quæst.25.vbi plures limitationes,Capyc. decis. 69. nu. 30. & 39. Host.in cap. accepta. de restit.spoliat.

Declaratur etiam illud quod dicitur non teneri respondere aduersario,vt procedat quando quæstio est super eadem re, & contra spoliatorem, secus si responsio esset de alio spolio, vel ille qui obijcit non esset spoliator, quia etiam super eadem re tenetur respondere, vt per Marant. in tract. de ordin. Iudic. versic. an sit iudicium conuentionale, vel reconuenaionale num.47. pag. mihi 129. vide Abb. in cap.fin.num.11. extr. de ordin. cognit. vide aliam limitationem primæ conclusionis supra in verbo captura in 1.concl.vers.& simile.

Spolij exceptio, vide supra in verbo exceptio num.24.& infra.

Spurius.

Spurius legitimatus, an succedat in feudalibus sicut in burgensaticis, vide supra in verbo naturalis numer.7.

Statuentes,& Statutum.

Statuentes non possunt dare iurisdictionem contra non subditos, Castrens.cons.413.lib.2.in fin.nec est verisimile velle comprehendere forenses,Rot.decis.673.par.1.

Satuentes non ligantur proprio statuto, quia in generali sermone semper censetur excepta persona loquentis,Surd.decis.81.

Statutum quòd filius familias non possit contrahere nisi sit artifex,intelligitur quod contrahat occasione artis, Rimin.sen.cons.301. nu. 4.Becc.cons.5. num.15. Crauett. cons.171.num.13.& cons.196.sub num.3.& 226.num.2. & cons.236. num.7.

Statutum disponens quòd pater obligetur pro filio,intelligitur quando pater est sciens, Aret.cons.57. n.5.

Statutum loquens cum qualitate, vt locum habeat debetur illa qualitas verificari,Dec.cons.18.num.4. & cons.524.num.1.lib.2.

Statutum loci contractus respectu solemnitatum attendi debet, Siluan.cons.40.num.36.Verall.decis. 283.par.1.& decis.206.par.3. quia non respicit habilitatem personæ, sed solemnitatem actus, Ias.cons. 48.num.6.lib.1.& ibi Add. Cæs.de Graff. decis.2. de donat. num. 16. Lambert.de cõtract.gloss.2. quæst. 10.num.29. vide Seraph. dec.119. & 343.

Statutum circa ordinatoria iudicij comprehendit etiam forenses, ibi litigantes,Surd.cons.204.

Statutum excludens filiam dotatam ab hereditate dotantis, non habet locum quando pater filiam dotauit, & decessit ante conditum statutum,Rot.dec.142. par.2.diuers.

Statutum faciens expressam mentionem de dolo, intelligitur de dolo vero, non autem præsumpto, ita ex Aret. videtur colligi in §.pænales in gloss. corrumpisset nu.8. instit. de actionib. ex quo magnus resultat effectus, quòd quelibet ignorantia iniusta excusat, vtputa iuris,quę non est probabilis,l.liberorum §.notatur vers. ignorantia C.de infamib. quòd non haberet locum si non requireret dolum verum, sed præsumptum: sciendum tamen est quod licet nõ puniatur pœna contenta in statuto,si habet ignorantiam etiam iniustam, punitur extra ordinem arbitrio Iudicis.

Stautum disponens quòd,extantibus masculis, fœminæ non succedant, habet locum in filijs legitimatis, ita Bald. & Ias. in l.cum acutissimi num.3. C.de fideic. & ibi latè examinatur,& etiam in Clericis tenet Felyn.in cap.Ecclesia Sanctæ Ma-

riæ

Digitized by Google

riæ col.27.in fin.versic.7.

Declara dictum statutum non excludere filiam fœminam, quæ non non vult recipere dotem, quia potest succedere, nisi frater offerat ei dotem de paragio: nam tunc si stabit per ipsam, quòminus recipiat dotem, nihilòminus excludenda est à successione, ita notat Bald.in l.fin.in 4 col.C.de collat.refert, & sequitur Barth.Veronen.in cautela sua, cuius est initium, in multis locis sunt statuta.quos refert D.Io: de Arnon.in comment.192.& cõsulit masculis ipsis, vt si videant sororem ob id non petere dotem, offerant ei dotem, vt sic excludatur à successione, per prædicta.

Statutum præfigens terminum ad expediendam causam per verba directa in Iudicē, non impedit quòminus, etiam lapso termino, expediri possit, Roman.cons.415.in fin.

Statutum excludens fœminam à successione dotantis, extenditur etiā ad alios, qui non dederunt dotem, Roland.à Vall.cons.23.lib.3.

Statutum non comprehendit Principem, Menoch.cons.351.num.4. lib.4.

Statuto requirenti depositionem, & consignationem, nō satisfit per oblationem, Felyn.in cap.cū te extr. de re iudic.num.4.

Statutum disponens, ne valeat alienatio facta in non subiectos, est firmum, Bart.in l.filius familias §.diui num.11. & sequitur ibi Ias.nu. 71.& 82. Hoc tamen dicunt non valere si prohiberet alienationē in Ecclesiam, DD.in locis præallegatis.

Statutum contra ius commune debet interpetrari, vt minus restringat ius quam fieri possit, argu. l. si quando C.de inofficios.testam.

Limitatur vt non procedat quando restrictio esset facta per aliam regulam, aliàs debet generaliter intelligi, notatur in cap.cum dilectus de consuet. & pro constanti reassumit Dec.in l.1.num.7. in fin. ff.si cert.petat.

Statutum quod filij in conditione positi censeantur vocati, procedit etiam in transuersalibus, Rot.dec. 379.num.2.par.1.& de isto statuto vide Gabriell.cons.91.num.3.lib. 2.Clar.in §.testamentum quęst.77. & seq.

Statutum exclusiuum fœminarum nō extenditur de persona ad personam, Rot.decis.686.par.1.nisi extaret maioritatis ratio.

Statutum continens rationē expressam, potest extendi vbicunque dicta ratio locū habere potest, vt in l.his solis C.de reuocand. donat. & ibi DD.quæ lex loquitur in pœnalibus, l.vnica cum gloss. & DD.de his qui ante apert.tab. & loquitur in exorbitantibus, & in Auth. vt ij qui obli.se hab. propt.res min.in §. 1, versic.curatorem, & loquitur in correctorijs.

Hoc tamen ita ex mente Aret.in §.in personam num.16. instit. de act. declarandum est: nam aut ratio in statuto expressa potest comprehendi sub lata saltem significatione eius ad quod fit illatio, & tūc benè potest fieri extensio, vt est gloss.notabilis in vers.eligatur in clem.1.de electionib.aut agitur de extensione facienda ad casum, qui, nullo modo potest comprehendi sub ratione expressa in statuto, & illius verbis, & tunc non fit extensio etiā ex maioritate rationis, vt in Auth. quas actiones, & ibi DD. C.de sacros.Eccles.

Statutum quod in contractu requiratur consensus alicuius, si ille sit absens non requiritur, Crauett. cons.1.num.10.

Statutum disponens vt cōtra instrumen-

mentum iuratum nõ possit aliqua opponi exceptio, per hoc non videntur sublatæ legitimæ exceptiones, docet Aret. in §. item si quis instit.de act.num.2. videlicet exceptio compensationis, vt per Ias. in l.si vnus §. pactus ne peteret nu. 18.ff.de pact.

Statutum verbis generalibus cõceptum, si tamen aliqua coniectura appareat factum in odium certæ personæ, non valet, Ias.in l.quominus num.157.ff.de fluminib.Becc. conf.3. num.69.& seq. Surd.consf. 60.lib.1.

Statuti confirmatio solet apponi in principio, vel in fine statutorũ, Castrens.in l.1.num.1.C.de Iustinian. C.confirm. Rot.coram Decano de anno 1588. 19. Decembris in Balneorigens.bonorum.

Statutum requirens solutionem, non adimpletur per satisdationem, secus si potentiam solutionis consideraret, decis.Pedem.18.num.5.

Statutum conditum ab Vniuersitate absque confirmatione valet, Nat. cons.12.nu.1. Menoch.cons.250. num. 16. Rot. coram Robusterio in Anximana Molendini die 9. Octobris 1573. Bartol.in l.omnes ff. de iust.& iur. cuius opinio procedit in Terris Ecclesiæ, Corat.in tract. commun.opin. lib.2. num.9. cas.18.

Statutum disponens maritum lucrari, soluto matrimonio, tertiam partem dotis, an habeat locum in dote præsumpta, decis. Pedem.21. & an mulier præsumatur dare secundo viro dotem, quam primo dedit, d.decis.in fin.

Statutorum confirmatio quando dicatur in forma communi, & quando in forma specifica, DD. in cap. 1.& fin.de confirm.vtil. vel inutil. Gabriell. cons.127.lib.1. & consil. 183.nu.16.lib.2.Rolan.cons.29.n. 3.lib.1.

Statuta, quamuis inualida, si de facto seruantur, perinde habentur, ac si iure valerent, Dec.cons.456. Menoch.cons.325. nu.15.lib.4. Honded.cons.4.num.92.lib.1.

Statutum quando dicatur excludere temporaliter, vel perpetuò vt non sit locus reintegrationi, coram Penia in Perusina reintegrationis 6. Nouembris 1595.

Statutum admittens probationem damni per iuramentum damnũ passi, non adimit reo facultatem probandi contrarium per legitimas probationes, Felyn. in cap.1. num.6.de libel.oblat.

Statutum vniuersale per totam Prouinciam omnes comprehendit, & ab eo nemo etiam forensis excusatur, Bart.in l.de quibus num.26.ff. de leg.& est tex. in l. fin.§. licet ff. de public.& vectig.

Statutum loquens per verba si quis, & quicunque, non comprehendit vniuersitatem, Ias. in l.si quis maior num.7.C.de transact.Menoch. de arbitr.lib.2.cas.187.num.16.

Statutum disponens vt aliquid fiat citatis partibus, debet intelligi, quod per eorum contumaciam, vel præsentiam inducatur consensus, Ias.in l.quę dotis num.87.ff.solut.matr.

Statutum permittens appellationem intelligitur ad vtrumque effectum, Rot.decis.330.par.2.diuers.

Statutum prohibens appellationem intelligitur quoad effectum suspẽsiuum, Abb.in cap.ad reprimendã, & ibi Felyn.de offic.ordin. contra Benint.decis.17.in fin.

Statuto super inualiditate cõtractus ob non seruatas solemnitates, vt locus sit, debet probari per allegãtem existentiam proximiorem, Borgnin.de tut.& curat.num.131. in fin. vide Lamberteng. de contract.gloss.9.

Statutum de lucro dotis non ſolùm habet locum in vxore, verum in ſponſa, Bald. in l. Dco nobis num. 17. C. de Epiſco. & Cleric. & quod ſi momento temporis fuerit cum viro, Seraphin. deciſ. 248.

Statutum iubens filiam eſſe contentam dote conſtituta, impedit petitionem ſupplementi congruæ dotis, Rota deciſ. 760. par. 1. diuerſ.

Statutum de lucranda certa parte dotis, an habeat locum in dote promiſſa, Angel. conſ. 180. & 158. & conſ. 76. vide Cagnol. in l. 2. nu. 18. & ſeq. C. de pact. inter emptor. & vendit. Becc. conſ. 53. Bart. cõſ. 132. lib. 1.

Statutum an extendatur ſolùm ad futura, vel etiam ad præterita, vide per Bartol. latè in l. omnes populi num. 39. de iuſtit. & iure: & quid de ſtatuto ſuper delictis, idem dic. loco num. 48. Bald. in l. fin. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat. & inibi Bart.

Statutum Vrbis quòd mulieres non poſſint confiteri abſque ſolemnitatibus, non habet locum in confeſſione, & quietantia neceſſaria, Iaſ. in l. vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. Grat. diſceptat. forenſ. 27. num. 47.
Limita vt non procedat in confeſſione declaratoria actus præcedẽtis, coram Sacrato in Romana dotis 10. Ianuarij 1600. ſub declara, vt in deciſ. Romana ſocietatis corã Ortombergo 9. Februarij 1607.

Statutum quod non poſſit dici de nullitate, non impedit nullitatem ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, Becc. cõſ. 40. & quid per viam exceptionis, Put. deciſ. 301. lib. 2.

Statutum quod ſi venditor remanſit in poſſeſſione per aliquod tempus vẽditio præſumatur ſimulata, procedit in venditione pura, Caſtren. conſ. 21. lib. 2.

Statutum prohibens alienationem in requiſito vicino, intelligitur de alienatione voluntaria, Roman. conſ. 107. Roland. conſ. 121. lib. 1.

Statutũ dans executionẽ paratã inſtrumẽto, extẽditur ad inſtrumẽta confecta extra territorium, ſi in territorio aliquis vult illud exequi, Caſtrenſ. in l. à Diuo Pio §. ſententiam num. 4. & ibi Alex. nu. 12. & Iaſ. nu. 14. ff. de re iud. Bald. in l. 1. quæſt. 4. C. ne filius pro patr. Caſtrenſ. in l. 2. ff. de eo quod cert. loco.

Satutum nõ admittẽs crediti probationẽ niſi per inſtrumẽta, non habebit locum quãdo creditum fuit probatum per teſtes, parte non opponente, Iaſ. in l. admonendi num. 13. ff. de iur. iur. Frãciſc. Cremenſ. inter ſingul. diuerſ. nu. 42 pro quo imploratur officium Iudicis, vt ſe informet, Ant. de Canar. in tract. de execution. inſtrum. quæſt. 36. & iſtud ſtatutum non vendicat ſibi locum in ijs quæ tacitè comprehenduntur in inſtrumento, gloſſ. in l. iuriſgentium §. quòd ferè ff. de pact. & ibi Bart. & DD. gloſſ. in l. reos §. cum in tabulis vbi Angel. ff. de duob. reis.

Statutum Vrbis de duobus conformibus; ſeruatur in omnibus Tribunalibus Vrbis, & comprehendit etiam Clericos, Rot. deciſ. 452. par. 1.

Statutum loquens de contractu, non extenditur ad quaſi contractum, Bart. in l. apud Iulianum §. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. & ibi DD. & in l. more ff. de acquir. hæredit. Lambert. de cõtract. gloſſ. 3. Alex. conſ. 8. lib. 3. num. 28. vbi ſtatutum loquens de contractu non extenditur ad debitum ex quaſi contractu, Angel. conſ. 317. vide Add. ad Felyn. in cap. fin. ſub num. 17. de foro compet. Iaſ. in l. ſi vnus §. pa-

ctus

ctus ne peteret ff.de pact. Abb.cōs. 71.num.3.lib.1.vide Bart.in l.4.§. si pupillus in fin. ff.ex quibus caus. in poss.eat.Gabriell.cons.20.

Statutum concernens modum probandi, dicitur respicere decisoria, & propterea vbique attēdendum, Bald.in l.1.C.quæ sit long.cōsuet. num.9. Bart. in l.ictus fustium in vlt.quæst. ff.de his qui not.infam. Neuizz.cons.5.num.5. Gabriell. cons.4.num.2.lib.1.& vide Alciat. de præsumpt.regul.4.præsumpt.44. num.17. Lucas Petus lib.2. cap.5. Felyn.in cap. quod Clericis de Iudic.in fin.

Statutum inducens præscriptionem actionum, respicit decisoria, Castrens.cons.47 num.7.lib.3.

Statutum disponens circa appellationem admittendam, vel denegādam respicit ordinatoria, Rot.decis.452.par.1.in fin.

Statutum puniens homicidam, non extenditur ad præstantem opem, & fauorem homicidio, Corn.cons. 159.lib.1.Bolognin.cons.35.Farinac.de inquisit.quæst.11.sub n.30.

Statutum prohibens appellationem à diffinitiua, illam nō prohibet ab interlocutoria, Bald.in l.1.C.ne liceat tertio prouocar. Angel.cons. 46. Dec. in l.si quis in conscribendo C.de pact. Neuizz.cons.44. nu. 4.vide Add.ad Abb.in cap.vlt.nu. 12.de mut. pet. vbi videtur tenere contrarium.

Statutum loquens de homicidio, sēper intelligitur cūm dolo, Add.ad cap. P. & S. de offic. delegat. & ad Felyn.ibi.

Statutum prohibens, non potest dici de nullitate post certū tempus, intelligitur etiam de nullitate euidēti, Alex.cons.103.lib.3.

Statutum mādans executionem fieri prohibet appellationem, Cuman. in l.2.de appell.recip.num.31.Ias. cons.187. num.2. lib.2. Conrard. de moment. possess. in collect. notab.num.20. Bald.cons.330.num. 7.lib.1. Gonzal.super regul.8.post gloss.9.tit.de nullit.nu.118. Grat. discept.forens.cap.41.num.9.

Statutum mandans fieri executionē contra tertios possessores, est strictissimè interpretandum, Angel. cons.263.

Statutum quòd contra instrumētum nulla possit opponi exceptio, procedit quoad contrahentes, Alex. cons.88.lib.7.

Statutū dans authoritatem scripturæ intelligitur inter subditos, Alex. cons.138. nu.6. lib.1. & cons.123. num.5.lib.4.

Statutum requirens certam solemnitatem in contractibus mulierum non procedit quando contrahat cum patre, & matre, Cephal.cons. 109.

Statutum, verbis præcisis, mandans Iudicem aliquid facere ad vtilitatem priuatorum, intelligitur parte id petente, aliàs secus, Add.ad Felyn. in cap. ex tenore in fin. de rescript.Benintend.decis.53.

Statutum inducens præscriptionem vbi intra tempus non petitur res sibi debita, non procedit in non petente rem suam, Felyn. in cap. nonnulli num.34. vers.vbi verba de rescript.Thob.Nonius cons.39. vide Gabriel. cons. 8. & cons.148. lib.2. & in simili Surd.cōs.112.lib. 1.num.96.& idem Surd.decis.174.

Statutum mandans puniri aliquem vti talem, non importat pœnam ordinariam, Abb.in cap. nonnulli §.sunt & alij, & ibi Add.de rescrip.

Statutum generale, quòd mulieres non possint se obligare, nisi seruata certa solemnitate, comprehendit etiam promissionē dotis, Dec. cons.5. & cons.536.num.9. vide Neguf.de pignor.cart.164. Surd.

dec.164. Lamberten. de contract. gloss.21.

Limita vt non procedat quando mulier contrahit tutorio, vel procuratorio nomine, Castrens. in l. quicunque §. si ab alio num. 5. ff. de instit. act. Alex. in l. quæsitum sub nu. 3. & ibi Roman. n. 2. ff. de in ius vocand. Angel. in l. quamuis ff. de acquir. poss. quos videas Gabriell. cons. 29. num. 46. lib. 2.

Statutum loquens de dote non extẽditur ad donationem propter nuptias, Grammat. decis. 92. in princ. vsque ad num. 16.

Statutum requirens certam solemnitatem in contractibus, non habet locũ in contractu iurato, Gabriell. cons. 127. lib. 2. vide Lamberteng. in fin. quæst. 2. nec si contrahatur cum patre, Dec. cons. 26.

Statutum de matrimonio carnali, est ad litteram intelligendum, ita vt se non extendat ad spirituale, Rota coram Seraphino in Romana fructuum dotis 10. Maij 1581.

Statutum quod mulier non possit se obligare nisi cum certa solemnitate, non habet locum in obligatione de præterito, Castrens. cõs. 183. lib. 1. num. 2.

Statutum quod in contractibus minorum adhibeantur cõsanguinei, intelligitur quatenus sint habiles, Castren. cons. 124. lib. 1. Caualc. de tut. & curat. num. 133.

Statutum requirens probationem debiti per instrumentum, satisfit per confessionem partis, Rot. dec. 98. par. 2. diuers.

Statutum prohibens mulierem extra territorium nuptã succedere, procedit in hæreditate acquirenda, non in acquisita, Bursat. cons. 427.

Statutum Vrbis de duabus conformibus, non habet locum quando lis est cum forense, quia statutum loquitur in casu simplici, non autẽ in casu mixto, Rot. corã Mellino in Romana pecuniaria 19. Ianuarij 1598. Roman. cons. 294. Natt. cons. 463. num. 18. lib. 2. Soc. sen. cons. 28. nu. 22. lib. 4.

Statutum Collegiorum, seu artium, valet inter ipsos, & de re concernente ipsam artem, Roman. cons. 277. in fin.

Statutum habilitans personas, non porrigitur ad bona extra territorium statuentium, Seraphin. decis. 746. & 751.

Statutum ordinatorium non attenditur extra territorium, Rot. corã Lancellotto in Bononiens. bonorum de Tusignanis 21. Aprilis 1600.

Statutum habilitãs personam trahit vires extra territoriũ, Seraph. dec. 746. & 751. vbi vide limitationes.

Statuta duo vbi adsunt, scilicet vnum particulare, & aliud generale Prouinciæ, debet seruari particulare statutum loci, Rot. decis. 384. par. 1. & decis. 330. par. 2. diuers. Seraphin. decis. 343.

Statutum excludens à successione ab intestato, non habet locum ex testamento, Rot. coram Ludouico in Romana dotis 14. Martij 1608.

Statutum loquens de domino non comprehendit arrendatarios, seu conductores, Seraphin. dec. 573.

Statutum excludens matrem propter fratres, non habet locum in fratre legitimato, vide Berou. cons. 177. num. 44. lib. 3.

Sterilitas.

Sterilitas anni quando dicatur, & quando sit facienda compensatio ob sterilitatem, tradit gloss. in l. si vno ff. locat, & an sit expectandus vltimus annus locationis, Roland. cons. 86. lib. 3. nu. 6. Becc. cons. 82. in fin.

Stylus.

Stylus in ordinarijs attendi debet, Dec.

Dec.conf. 559. num.5. Soc.conf. 36.nu.11. & conf. 39.nu.28.lib.4.

Stylus est solemnis, & ordinata scriptura tàm in vltimis voluntatibus, vt gloss.1.in l.1. ibi liber, siuè stylus, C.de sacrosanct.Eccles.quàm in iudicijs, l.si quis ita in prin. & l. si quis post in princ. & de clausula insolita contra stylum, vide Aym. cons.28.col.2. vers. quarto oritur nu.5.vol.1.Cotta in memorabilib. in verbo clausula insolita, adde quòd sicut clausula insolita arguit suspitionem, ita cessat suspitio in ijs, quę fieri solent, Vinc.de Franchis in proœmio Regis Caroli Consuet.Neap.fol.50.lit.a.

Stipulari, & Stipulatio.

Stipulari potest quilibet officialis in concernentibus eius officiũ, Aret. instit.de adoption. §. cum autem num.10.

Stipulatur Notarius nomine quorũ interest, vbi adest obligatio Cameralis, Rot.decis.663. par.1. diuers.Mant.de tacit.conuent.lib.2. tit.10.num.8.

Stipulari alteri nemo potest, §. alteri instit.de inutil. stipul. latè Mant. de tacit conuent. lib.14. tit.15. & tit.27.Surd. decis.209.num.11.

Amplia vt nec testator possit stipulari vni ex hæredibus, nec etiã legatario, l.continuus §. vlt. ff.de verb.obligat. Mantic.de cõiectur. lib.2.tit.13.nu.5. & lib.14. tit.16. num.240.& tit.28.num.44. & seq. vide Surd.decis.149.

Limita de iure Canonico, Guttierez.in rep.l. nemo potest nu. 155. ff.de leg.1. Fely.in proœm.decret. num.22.& seq.maximè ratione iuramenti, Roman.cons.441.Mant. de tacit.conuent.lib.14.tit.28.nu. 51.& 52.Peregr.de fideic.art.51.

Limita secundo in dote, Bursat. cons.357.num.19.

Tertio limita, quando stipulatur sibi debitum, Aret.in §.præterea sub.num.16.instit. de except. quia idem operatur quod mandatum de dando, vel soluendo, item quãdo apponitur super re donata, Aret.cons.74. Bellam.decis.741. nu.8. Mant.de tacit. conuent.lib. 14.tit.22. num.6. Seraphin.decis. 472.Ias.in l.huiusmodi num.17.ff. de legat.1.

Declara vt possit alterius nomine stipulari, Abb.cons.86.num.2.lib. 2.Roman.cons.441.Mant.de tacit. conuent.lib.14.tit.24.num.11.

Stipulatio requirit interrogationẽ, & responsionem, & de substantia stipulationis, est sermonis efficacia, scilicet vt partes se intelligant, l.1. in princip. ff.de verb. obligat. Mant. de tacit.conuent.lib.14.tit. 10. fallit in casibus in quibus lex præsumit stipulationem, vt in l. suis verbis in fin.ff.de adoptionib. Aret. instit.de verb.obligat. nu.1.

Stipulatio nõ potest extendi ex clausulis ceteratis, Mant.de tacit.conuent.lib.14.tit.10.

Stipulatio euanescit, quando responsio est conditionalis, vel in diem, Surd.decis.114.num.3.& seq.

Stipulatio per verbũ promitto, præsumitur interposita, Mant. de tacit.conuent.lib.14.tit.10.num.41.

Stipulatio interposita simpliciter, intelligitur secũdùm naturam actus, super quo est interposita, Castren. cons.170.lib.2. Surd.cons.150.nu. 67.lib.1.

In stipulationibus persona extrinsecus non subintelligitur, l.si ita §. Chrysogonus ff.de verb.obligat. Limita vt per Mant.de tacit.conuent.lib.14.tit.14.num.25.& seq.

Subdiaconus.

Subdiaconus olim contrahebat matrimonium, quoniam ordo per se non impedit, sed constitutio Ecclesiæ, Rot. dec.561.par.1.nu.11.

Subditus.

Subdito an licitum sit occidere suum superiorem bannitum, siue sit subditus ratione patriæ potestatis, vt filius, siue dominicæ potestatis, vt seruus, & vassallus, aut ratione matrimonij, vt vxor, vel ratione professionis, & Ordinis vt Monachus; licet controuersia fit inter DD. quia affirmatiue tenet Bartol. in l. si adulterium §. liberto ff. de adulter. & in l. minime ff. de relig. & sumpt. funer. & ista est communis opinio, Clar. in §. homicidium vers. sed hic quæro; & contrariam opinionem tenet Foller. in pragm. de foriud. num. 13. secundum quam consuluit Cepoll. cons. 5. num. 26. vbi dicit istam esse veriorem, & tutiorem: Fely. in cap. quæ in Ecclesiarum nu. 5. de constitut. istas opiniones concordat, vt refert Io: Grand. in suo tract. de bello exulum in cap. 25. num. 2. fol. mihi 161. dicens, quòd prima opinio tenenda est, facto homicidio, secunda ante factum, quia negari non potest quin non sit crudele, & impium occidere prædictos, ideq; Io: Grandis vbi supra concludit, quod prima seruatur de facto, & vigore Regiorum bannorum hoc est permissum verbis generalibus in illis positis, quod intelligitur etiam in coniunctis ratione sanguinis, vt tenet dictos DD. concludere.

Subditi suffraganei an possint compelli ab Archiepiscopo ad hoc, vt acceptent delegationem causæ, vide supra in verbo Archiepiscopus num. 5.

Subhastari, & Subhastatio.

Subhastari plures res non possunt quando vna sufficit, Bursat. consil. 428. num. 30.

Subhastatio redditur nulla si non est seruata forma commissionis, vide Rot. coram Seraphino in vna Senogalliens. Prædij 5. Decembris 1594.

Subreptio.

Subreptio, & defectus intensionis differunt inter se, Rot. decis. 532. par. 1. diuers. & decis. 324.

Subreptio non inducitur taciturnitate eius, quod contingere potest, sed eorum quæ fuerunt, vel sunt, Cassad. decis. 16. de præben. num. 2. & 3. & alia de subreptione vide supra in verb. obreptio.

Subrogatio, & Subrogatum.

Subrogationem in lite quæ impediant, Bellam. decis. 115.

Subrogatum naturam eius retinet in cuius locum subrogatur, §. sed neque heres instit. de testam. l. si eū §. qui iniuriarū ff. si quis cautionib. §. fuerat inst. de action. Felyn. in cap. cum M. num. 26. de constitut. quod distingue, vt per Bart. in l. 1. §. hæc actio ff. si quis test. lib. esse iuss. fuerit.

Declara vt hoc procedat quoad sui præmordialem naturam, secus quoad accidentalem, quia tunc nō sapit naturam sui principalis, Ias. in §. fuerat num. 6. instit. de act. Bart. in l. si eum §. qui iniuriam num. 3. ff. si quis caut. & in l. certi conditio, vbi etiam gloss. ff. si cert. petat.

Subrogatus tenetur iustificare ius illius, in cuius locum subrogatur, Bellam. decis. 112. & ibi declarat.

Subscribens, & Subscriptio.

Subscribens se alicui instrumēto videtur omnia approbare, l. si fideiussor §. pater ff. de pignorib. & ibi notatur, Soc. sen. in suis regul. reg. 36. Paris cons. 47. num. 6. lib. 1. decis. Genuen. 51. num. 2. & in illa consistit substantialis pars scripturæ, Strach. in titul. quib. mod. in caus. mercat. proced. sub num. 3. Surd. cons. 179. num. 3. Gabriell. in suis conclus. tit. de præsumpt. concl. 3.

ita

itaut subscribendo non excusatur sub prætextu ignorantiæ contentorum, Castren. cons. 225. lib. 1. Limita vt ibi per Gabriell. & Soc. sen.

Subscribens præsumitur habere notitiam omnium cōtentorum, Rot. coram Orano in Romana societatis officij 3. Nouembris 1598.

Subscriptio facta ex mala authoritate, non potest substinere ex bona, Rot. dec. 89. par. 2. diuers num. 10. quod potest applicari ad Iudicem qui fungitur vice Ordinarij, & delegati, Rot. decis. 96. par. 2.

Substitutio, & Substitutus.

Substitutio facta in codicillis non valet, §. penult. instit. de codicillis, l. hæreditatem C. de codicill.

Limitatur vt non procedat quando testator volēs codicillari fecit substitutionem, nam tūc valet per fideicommissum, & sic non valet directo, l. sceuola ff. ad Senat. Cōs. Trebellian. gloss. 1. institut. de vulgar. substitution.

Sublimitatur ista limitatio, vt nō habeat locum in codicillis militū, nam tunc valet iure directo, vt est tex. in l. militis, & codicillis ff. de milit. testam. & ibi gloss. & Bart.

Substitutio facta post mortem dicitur fideicommissaria, & non continet vulgarem, Alex. cons. 1. lib. 1.

Substitutio vulgaris in seruo nō tollit necessitatem, sed in filio tollit suitatem, glos. communiter recepta in verbo nouissimo institut. de vulgar. substit. l. & si §. Papinianus ff. de minorib.

Limita vt non procedat quando haberet substitutum vulgariter, & per fideicommissum, nam isto casu cogitur adire, & non tollitur suitas, Ias. in l. 1. num. 51. ff. de vulgar. & pupill.

In substitutionum materia sufficit dicere, de te non loquitur, Io: Andr. in addit. ad specul. tit. de testam §. 1. versic. occurrit in fin. latè Paris cons. 31. num. 6. lib. 2.

Substitutio facta post mortem plurīū positorum in conditione, censetur per vulgarem, non autem passiuè, Soc. cons. 69. vol. 3. & cons. 104. d. vol. Cuman. in l. Gallus §. quidem rectè num. 7. ff. de liber. & posth.

Substitutio prima actiua facit, vt aliæ subsequentes præsumantur actiuè, Alban. cons. 1.

Substitutio vulgaris expirat hæredi-
46 tate adita, quod intelligitur respectu primi gradus, non in vlterioribus, Seraphin. decis. 145. & etiam expirat post aditam hereditatem ab intestato, l. post aditam C. de impuber. & alijs substitutionib.

Amplia, etiam quod fuerint plures gradus substitutionis, vt per Bart. in d. l. post aditam.

Limita quando hæres post aditam hæreditatem fuit negligens adimplere voluntatem defuncti, Auth. hoc amplius, C. de fideicommiss. Bart. in l. 1. num. 47. ff. de vulgar. & pupill. & ibi Ias. num. 66.

Limita secundo si institutus post aditā hęreditatē obtinuisset restitutionem in integrum, Ias. vbi supra, & videto infra in verbo vulgaris vers. vulgaris substitutio.

Substitutio vulgaris facta in vno casu, trahitur ad alium, l. 3. C. de hæred. instit. & ideo substitutio si posthumus non nascatur, continet tacitam pupillarem, si nascatur, & in pupillari ætate moriatur, l. fin. C. de instit. & substit. declarat Gomez. ad ll. Tauri la tercera sub nu. 126. Anan. cons. 66.

Limitatur vt non procedat quando esset facta per dictionem, tunc, quia non trahitur ad alium, notat Gomez. in §. rursus institut. de act. num. 16.

Substitutio facta per verba alternatiua

tiua intelligitur per vulgarē, DD. in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber.& poſth.vbi Cuman. & quod vno admiſſo, cęteri excludantur, Alban.conſ. 1.

Subſtitutiones quæ continentur in breuiloqua, ſunt expreſsę verbis generalibus, & ideo excludūt matrem, Bartol in l.Lucius ff. de vulgar.& pupill.& ibi Iaſ.num. 13.

Limita vt non procedat quando ſubſtitutio breuiloqua eſſet facta in caſu ſpeciali vulgaris, & exemplificat Iaſ. in d.l.Lucius nu. 13. ff. de vulgar.& pupill.

Subſtitutiones quæ veniunt continuatiuæ, intelliguntur ſecundùm præcedentia, Iaſ. conſ. 228. lib. 2. Aym.conſ. 208. num. 5. lib. 2.

Subſtitutio ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, euaneſcit, filio ſuperexiſtente, quidquid poſtmodū de eo ſequatur, Oldrad. conſ. 21. vide Crauett.conſ. 208.

Subſtitutio pupillaris in quibus dif-
47 ferat ab exēplari, habes per gloſſ. in verbo ad exemplū §. qua ratione inſtitut.de pupillar.ſubſtitut. & quot modis finiatur, habes etiam per dictam gloſſ. in verb. adoleuerit §. qua ratione inſtitut.de pupillar.ſubſtit.

Subſtitutio facta, ſi filius non naſcatur, trahitur ad caſum, quatenus naſcatur, & in pupillari ætate moriatur, Anan.conſ. 66.

Subſtitutio compendioſa ſi fiat à milite per hæc verba, quandocunque deceſſerit, fiat pupillo, vel non pupillo, valet iure directo, l. miles ita hæredem ff. de milit. teſtam.

Limitatur vt non procedat quando eſt facta pupillo qui decedit iā pubes factus, nam tunc ſi mater ſit in medio valet iure fideicommiſſi, l. precibus C.de impub.& alijs ſubſtitut.

Si autem fiat à pagano pupillo, & ipſe pupillus decedat in pupillari ætate valet iure directo, ſi verò decedat poſt pubertatem, & dicat in teſtamento ſubſtituo illum, tunc trahitur ad fideicommiſſum, l. Sceuola ff. ad Trebell. & hæc omnia habentur in gloſſ. ad exemplum inſtit. de pupill. ſubſtit. in §. qua ratione quæ eſt valdè notabilis, & hæc eſt communis opinio, vt per Soc.iun.in l. Centurio nu. 110. Didac.Couarr. in cap. Rainutius de teſtam. in 6. in 5. quæſt. Verall.ad deciſ. Afflict.dec. 367. contrarium fuit deciſū in Sacro Conſilio quādo mater eſt in medio, vt per Affl. d.dec. 367. & hanc opinionem ſequitur gloſſ. in l.precibus C. de impub. & alijs ſubſtit. & gloſſ. in §. qua ratione, & in §.fin. in verb. per fideicommiſſum inſtit.de pupillar. ſubſtit.

Subſtitutio facta in hæreditate, non trahitur ad portionem habitam ex fideicommiſſo, l. ſi Titius ff. de legat. 3. & ibi Caſtrenſ.Dec.conſ. 80. Gozzad conſ. 81.

Subſtitutio ad hoc vt valeat, debet
48 præcedere illam inſtitutio, l. 2. §. prius ff.de vulgari, & pupillari ſubſtitut. & §. liberis inſtit. de pupill. ſubſtit.

Limitatur vt non procedat quando vnico contextu ſubſtitutio, & inſtitutio factæ ſunt, vt colligitur in fin.d.§.prius, & vt docet Aret.in d.§.liberis inſtit. de pupill. ſubſtit. Bart.in l. 1.ff.de vulgar.& pupill.

Secundo limitatur, vt non procedat ſi fuerit facta à milite, l. 2. §. quiſquis verſ. cæter. ff. de vulg. & pupill.ſubſtit.

Subſtitutio in dubio intelligitur de vulgari, non autem fideicommiſſaria, Rot.deciſ. 579. par. 1.

Subſtitutio facta hæredibus ex diſparibus partibus inſtitutis regulatur

ſecun-

secundùm institutionem, §. & si ex disparibus instit. de vulg. substit. vide supra in verbo hæres vers. hæredes ex disparibus.

Substitutio tollit suitatē, & trāsmissionē, vt latè per Francisc. Aret. & in l. si fratris C. de iur. deliberand. Imol. ad l. si filius hæres ff. de liber. & posth. vbi Bart. & DD. ità distinguūt, aut datur substitutio vulgaris ex consil. Galli, prout loquitur tex. in l. Gallus de liber. & posthum. & eo casu per talem substitutionem non tollitur suitas, vt ibi patet, & est cōmunis opinio, quam sequitur Bart. in l. si mater §. 1. ff. de vulg. & pupill. & idem, & si tacita esset substitutio, vt est tex. in l. Iulianus, ff. de acquir. hæredit. aut est expressa, & tollit suitatem, vt latius per Francisc. Aret. vbi supra num. 6.

Substitutio in testamento omissa debet probari per septem testes, Mascard. de probat. conclus. 1343. lib. 3. vbi latè distinguit Ias. in l. errore scribentis C. de testam. Contrarium tenet Barbat. cons. 29 lib. 1. & Neuizzan. con. 26. nu. 24.

Substitutus admittitur, repudiante instituto, l. & si §. sed quod Papinianus ff. de minorib.

Limita non procedere si substitutus sit exclusus tempore, glos. in d. l. & si d. §. in verb. substituto.

Substitutus cohæredi, si ei sit alius substitutus, nouissimè substitutus succedit ambobus indistinctè, §. sed si instit. de vulgar. substit. l. si Titius, & l. cohæredi ff. de vulgar. & pupillar. substitution.

Limitatur primo, vt per Ang. in d. §. vt non habeat locum si ista substitutio fuerit facta pupillariter.

Secundo limitatur, vt non procedat si cohæres adierit, nam tunc admittitur in partem tantùm illius cui substitutus est, gloss. in verb. sine distinctione d. §. sed si.

Limitatur tertio, non procedere si substitutio facta substituto expiret; nam tunc vltimo loco substitutus non admittitur, l. qui habebat ff. de vulg. & pupill. substit.

Substituti non excluduntur, ob legitimationem filij per subsequens matrimonium in vltimo vitæ exitu, ad successionem maioricatus, quia nec tunc obtinet legitimatio ipsa aduersus talem substitutum; cùm tale matrimonium dicatur contractum in fraudem substituti, ex tex. in cap. tanta est vis, qui fil. sint legit. & in leg. & in proprijs terminis. Angel. in l. nuper col. 1. vers. tu verò dicas C. de naturalib. liber. & in l. sed & quæsitum col. 1. vers. & per hoc dici potest ff. de liber. & posth. Barbat. in cap. præsentia de prob. col. 24. vers. item in quantum, Ant. Rosel. in tract. de legitimat. in rubr. de causa materiali legitimationis num. 41. in fin. & text. notabil. in l. filiæ meæ emācipatæ, & ęgrę ff. solut. matr.

Substitutus pupillariter non excludit matrem, l. precibus C. de impub. & alijs substit.

Limita quando essent substituti filij testatoris, Aret. cons. 52. sed secus si adessent admissi extranei, Veg. cons. 23. in fin.

Substitutus impuberi succedit in bonis ipsius impuberis, si adeat hæreditatem, instit. de pupill. substit. in princ.

Ampliatur vt succedat ipsius patri, l. paterfamilias ff. de vulg. & pupill. & succedit in bonis à filio vndecumque quæsitis, gloss. in verbo ipsi filio instit. eod. in princ. l. sed si plures ff. eod. §. ad substitutos.

Ampliatur etiam si substitutus pupillariter, sit substitutus in certa re, quia detracta illius mentione admittitur in totum, tex. sing. in l.

cohæredi §. fin. ff. eodem.

Limitatur, vt non procedat in
50 duobus caſibus, videlicet in teſtamento militis, & in teſtamẽto patris arrogatoris, l. ſed ſi plures ff. de vulg. & pupill. §. in arrogato, & §. ad ſubſtitutos in fin.

Subſtitutus ſubſtituti, dicitur ſubſtitutus inſtituti, Rot. dec. 648. par. 1.

Subſtitutus filio exhæredato impuberi, vocatur ad omnia bona vndecumque quæſita ipſi impuberi, §. non ſolùm inſtit. de pupill. ſubſtit. qui prædic. §. hodie non habet locum niſi in proximo pubertati, vt glo. in d. §. in verb. ad ſubſtitutum.

Subſtitutus pluribus per nomen collectiuum, admittitur etiam vno decedente ſine filijs, Rot. deciſ. 804. par. 1. diuerſ.

Subſtitutus filio exhæredato, non poteſt grauari legatis, etiam in ea re quæ pupillo fuit relicta, gloſſ. in verbo ad ſubſtitutum, inſtit. de pupil. ſubſtit. §. non ſolum l. cum quidam C. de legat.

Subtilitas.

Subtilitas certis caſibus laudanda, vt refert Mandoſ. in add. ad Lupum allegat. 89. littera E.

Succeſſor.

Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare colono, l. emptorem C. locat. Capell. Tholoſ. quæſt. 421. nec colonus locatori, Spin. de teſtam. tit. de maior. num. 42. & ſi ſuccederet iure dominij, & prælationis, dec. Pedem. 155. num. 14. & dec. 82.

Amplia vt procedat etiam in prælato ſucceſſore, qui non tenetur ſtare locationi factæ per ſuum anteceſſorem, etiam cum obligatione ſucceſſorum, dummodo locatio non fuerit facta nomine Eccleſiæ, Calder. conſ. 1. & 7. de locat. Surd. deciſ. 299. & conſ. 331. Rot. coram Orano in Auximana locationis 24. Ianuarij 1594. vide D. Ricc. collect. 1007. & amplia vt per eum etiam ſi locatio eſſet facta ad non modicum tempus, quia licet per eam acquiratur ius in re, etiam in bonis Eccleſiaſticis, tamen ſucceſſor non tenetur ſeruare factum anteceſſoris, Bellam. deciſ. 747. quod procedit etiam ſi fructus eſſent ipſi colono ſpecialiter, aut fundus cõductus, ac denique bona conductori ipſi hypothecata, Faber deciſ. Rot. Sabaud. 19. C. locati, quæ omnia, vt dictum eſt, procedunt, dummodo locatio non fuerit facta nomine Eccleſiæ, & pro ipſius vtilitate, in quam appareat, quòd pecunia conuerſa ſit, & interueniente ſuperioris authoritate, vt tradit decidenda Polidor. Ripa obſeru. 115. D. Ricc. d. collect. vbi quod ſucceſſor teneatur ſtare locationi pro anno cępto, moriẽte anteceſſore, ſi idem colonus ſeminaſſet, & ſumptus feciſſet, & ad hunc tantũ finem, non æquidem vt conductor perſeueret cum pactis initis cum anteceſſore, ſed vt tanquam partiarius fructus anni cępti diuidat cũ ſucceſſore, vt decidit Borgnin. deciſ. 44. verſ. & quod pro illo anno, ſecus ſi nullas adhuc illo anno conductor feciſſet expenſas, quia tunc nec ſi ſit partiarius tenetur ſucceſſor ſingularis ſtare colono: intellige tamen præfata, dũmodo locatio rei Eccleſiæ fiat intra tempus permiſſum, Boer. deciſ. 224. Pompon. lib. 1 tit. 13. arreſt. 5. Caual. deciſ. 14. de contractib.

Limita & primo, concluſionem principalem non procedere quando eſſet neceſſarius ſucceſſor, gloſſ. & DD. in l. diuortio in verbo tertia portio ff. de ſolut. matr. Bart. in l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, Tiraq. de retract. conuent. §. 3. n. 17. & 18. Benint. dec. 54. Surd. deciſ. 40. & in pacto de retrouendendo,

dendo, vide Rolan.conſ.49. lib.2.
Secūdo limita ſi ſuccederet in tenutā, non autē in plenū ius, prout ſunt qui ſuccedunt ex primo decreto, DD.in l.filiofam. §.ſi vir in quinquennium ff.de ſolut.matr. l. in venditione §.1.ff. de bon. auth. Iud.poſſ. Vincent. de Franch.dec. 216.Becc.conſ.80.

Declara, etiam quod ſuccederet in plenum ius vigore ſententiæ, tamē eo caſu tenetur ſtare colono, Bald. in cap. quoniam frequenter §.fin. in fin. vt lite non conteſtata, vide deciſ.Surd.40.num.11.Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. num.16. Benint. deciſ.54. Alba.conſ.108.

Hoc tamen procedit niſi locatio ſit facta in fraudem, Iaſ.in l.diuortio num.35.ff.ſolut.matr.Surd.deciſ.299. & dec.40.Benint.dec.54.

Tertio limita in fideicommiſſario, Aber.in l.poſtulante §. ſed & in huiuſmodi ff.ad trebell.num.4. vide Peregrin. de fideicōmiſſ. Benint.deciſ.54.Surd.deciſ.40.

Limita quarto, niſi vēditor expreſſiſſet, rem eſſe locatam, Surd.deciſ. 264.& 265.Bero.conſ.1.

Quinto limita, niſi eſſet obligata, Soccin.in l.ſi quis ab alio, §.ſi quis promiſerit ff.de re iudic.Neguzāt. de pignor.2.mem.

Limita ſexto, vt per Surd.deciſ. 52. pro eo anno quo fecit expenſas.

Septimo limita in ſucceſſore fiſci, Bart.in l.fin.ff.de iur.fiſc.

Succeſſor ſingularis non tenetur ad fructus per ſuum authorē perceptos, quamuis eſſet in mala fide.Rot. deciſ.1.de renunt.in nou.& deciſ. 5. de re iudicat. in nou. Veſtr. in prax.de execut.rei iudicat.Abb.in cap.grauis de reſtitut.ſpoliat.& ibi Bero.nu.38. Menoch.de recuper. remed.15.num.620.

Succeſſoris appellatione, an veniat particularis ſucceſſor, vide per Felyn.& add.ad eum in cap. quia G. de iudic.Dec.conſ.284.

Sumptus.

Sumptus facti gratia curandi terram non deducūtur ex fructibus agri, Add. ad Pract.Papienſ. in form.libell.act.real.verſ.ſimul.pag.48.

Suppreſſio.

Suppreſſio beneficiorum non poteſt fieri niſi quādo beneficia vacant, Felyn. in cap.cum acceſſiſſent nu. 23.de conſtit. & in iſta ſuppreſſione quæ requirantur, vide ibi per eum.

Suſpectus.

Suſpectus Notarius ſolo iuramento partis remouetur, Caputaq.deciſ. 64.par.3.

Suſpectos Iudices totius Ciuitatis allegare, non caret calumnia, Rolan. conſ.19.lib.3.Boer.deciſ.269.

Declara vt non procedat quando caput Ciuitatis, vel Collegij eſt ſuſpectus, Imol.conſ.91.nu.19. & 20.

Suſpenſio.

Suſpenſio eſt cenſura, qua alicui perſonæ Eccleſiaſticæ prohibetur exercitium ſui officij, vel beneficij gloſſ.& DD.in clem.cupientes de pœnis, Paris de reſignat.lib.5.q.6. num.82.

Suſpenſio non requirit abſolutionem quemadmodum excōmunicatio, ſed ſufficit quod Iudex dicat illum ſatisfeciſſe, Add.ad Abb.in cap.ab excommunicato ſub num.2.de re-
51 ſcript. ſententia verò interdicti non tollitur per ſatisfactionem, ſed requiritur relaxatio, Add.ad Abb. in d.cap. ab excommunicato n.2.

Suſpicio.

Suſpicio mali iuris cauſatur ex tarditate productionis ſcripturarum, Surd.conſ.54.in fin.

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. T.

Tacens, & Tacitum.

TAcens quãdo habeatur pro consentiente, Menoch. de præsũp. lib. 6. præsumpt. 99.

Tacens ea quæ si expressa esset, concessio non esset de facili sequuta, nihil agit, cap. postulasti vbi Felyn. num. 1. de rescriptis.

Hoc tamen declara, vt per Felyn. vbi supra, vt nõ omnia tacita, quorum expressio potuisset mouere Principem ad denegandũ, vitiant gratiam, sed ea sola, de quibus reperitur expressũ, quod eis expressis gratiam non conceditur.

Taciti, & expressi par est virtus, l. cũ 52 quid ff. si cert. petat.

Limitatur ista propositio, vt non procedat quando essent cõiecturæ in contrarium, nam tunc taciti, & expressi non est par virtus, l. fin. C. de instit. & substit. & l. precibus de impuber. & alijs substit. Vide Alciat. in d. l. cum quid ff. si cert. petat. vbi plures affert limitationes, vide gloss. in l. eum qui §. fin. ff. de verb. obligat.

Secundo limitatur non procedere quando pro forma esset constitutum, vt aliquid non exprimeretur, quia tunc non est par virtus, text. est in l. actus legitimi, & ibi Dec. notat num. 12. vbi latè ff. de reg. iur.

Limitatur tertio, vt procedat in ijs, quæ sunt necessitatis, secus in ijs quæ sunt voluntatis, Bart. in l. Centurio, num. 5. ff. de vulg. & pupill.

Taciturnitas.

Taciturnitas diuturna facit præsumptionem cõtra tacentem, Crauett. cons. 148. num. 12.

Tale.

Tale non est quod non est simpliciter tale, sed cum adiuncto profertur, l. hoc legatum, l. Lutius §. quæsitum vbi Bart. ff. de legat. 3. Ias. in l. 1. num. 5. ff. de re iudic.

Limitatur istud pronunciatum, vt vindicet sibi locum quando est diuersa ratio, Castren. ad l. serui electione §. Labeo ff. de legat. 1. Dec. & Scrib. in l. si mater C. de success. edict.

Secundo habet locũ quando qualitas non mutat naturam, & substãtiam illius verbi, in quo esset eadem ratio, Castren. ad d. l. serui electione §. 1. in fin. ff. de legat. 1.

Tertio non procedit quando illa qualitas esset apposita ad differentiã terminorũ, Castrẽs. ad l. 1. & ibi Interpretes ff. de success. edict. Alciat. in l. 2. de verb. signif. in princ. Bart. in l. Gallus §. instituens nu. 3. ff. de lib. & posth. Rip. in l. 1. ff. de vulg. in rub.

Tale semel, an semper tale, videto supra in verbo semel num. 44.

Temporalia, & Tempus.

Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.

Limita, vt latè per Felyn. in cap. si autem de rescript.

Limita etiam, vt procedat quando quis non potest ius suum proponere in iudicio agendo, Gomez. in tract. vlt. volunt. tit. 11. nu. 20.

Tempus in compromisso appositum nõ potest prorogari in maius tempus quamprimum, Bal. consil. 299. lib. 1. col. vltim. refert, & sequitur Hip-

Hippol. Marſ. in ſingul. 52.

Tempus probari debet ab eo, qui in eo ſe fundat, Bellam. deciſ. 653.

Tempus, ſeu terminus præfixus à teſtatore ad aliquid faciendum poſt ipſius obitum, non incipit currere ante aditam hæreditatem, Natt. conſ. 189. num. 5.

Tempus adiectum obligationi, quando cenſeatur adiectum cauſa differendæ ſolutionis, vel finiendæ obligationis, Gabriell. conſ. 65. lib. 2. Grat. diſcept. forenſ. cap. 26. vide Abb. in cap. ſicut de ſponſalib.

Tempus quod attendatur, vt quis dicatur locupletior, vel litis conteſtatæ, vel rei iudicatæ, Lambert. de contr. gloſſ. 24. num. 6. & ſeq.

Tempus quando præfigitur à lege nō currit ante ſcientiam veram, vel præſumptam, Rot. deciſ. 421. par. 1.

Tenuta.

Tenuta nulliter data ſi eſſet de nouo danda debet confirmari.

Limitatur quando fuit data nulliter, & ſpoliatiuè, Anch. conſ. 292. num. 2.

Terminus.

Terminus nominationis per intra Regnum, ſi locus vbi teſtes partes examinare intendunt ſit infra viginti milliaria, quindecim dies cōtinui ſtatuti intelliguntur, ab indè ſupra multiplicatur numerus per terminū quinque dierū pro qualibet dieta, attribuēdo cuilibet dietæ paſſus viginti millia, ita tamen quod intra Regnum excedere triū menſium terminum non poſſit, vt latè in pragm. 7. ſub tit. de ordin. Iudicior. nota quòd nominatio teſtium poteſt fieri in terminis primi, & ſecundi beneficij, ſicut in primo termino, Afflict. deciſ. 124. §. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. & ibi Bart. quæſt. 3. §. notandum, quos refert, & ſequitur Muſcatell. in ſua prax. par. 6. gloſſ. aduerſæ num. 2.

Terminus primi beneficij quod ſit medietas primi termini dati ad probandum, in practica ex communi obſeruantia receptum eſt, ſed non habemus locum particularem id probantem, vt ait Muſcatell. in ſua prax. par. 6. gloſſ. aduerſę num. 1. ſecūdum verò beneficium, vt ſit medietas termini dati in primo beneficio, probatur in Ritu 71. incipit item quod in cauſis, vbi Carau. in 3. not. & quod terminus dandus in primo beneficio nō ſit medietas termini dati ad probandum, ſed quod debeat arbitrari ſecundùm locorum diſtantiam, vide Muſcatell. vbi ſupra.

Terminus ad petendum primum, & ſecundum beneficium, vide ſupra in verbo perſonæ verſic. nota.

Terminus ad concomitandum ſcripturas priuatas poſt concluſum in cauſa non datur, Afflict. in ſolemni deciſ. 272. per quam apparet deciſum, terminum ad concomitandum ſcripturas priuatas nullam fidem facientes non eſſe dandum, de qua meminit Carauit. in Ritu 238. itē quod poteſt fol. 236. & dicit Alex. conſ. 36. hoc eſſe, quia iſto caſu omnis vis eſſet in teſtibus.

Limita quando ſcriptura priuata, vel apocha eſt trino teſte notata, quia iſto caſu datur terminus ad concomitandum non ſolùm poſt concluſum, ſed etiàm poſt publicatum, Dec. in l. certi condictio §. quoniam col. penult. verſ. ſecunda ratio principalis ff. ſi cert. petat. & in cap. 2. in 6 limit. extr. de probat. quia prohibita probatione per teſtes, non prohibetur fieri per teſtes, & ſcripturam, & hoc procedit quando ſcriptura facit aliqualē fidē, ita quod probatio dicitur mixta,

ta: secus si nullā fidem faceret, quia tūc tota probatio esset in testibus, & de facili potest fieri fraus, Purpur. in d. §. quoniam col. 4. vers. restringit, ita decisum refert Vincēt. de Franch. decis. 631. per totam vbi omninò videas quædam sua manu scripta, quæ in hac termini ad concomitandum, & impugnandum materia reperit, inibique posuit.

Terminus præfixus à Iudice cum intimatione, non currit nisi facta dicta intimatione, Put. decis. 184. aliàs 174 lib. 1.

Termini præfixio ei, qui iure proprio habet optionem, & electionē non impedit quominùs, termino transacto, re integra, in extraiudicialibus optare, & eligere possit, Bellam. decis. 737. num. 2.

Terminus iudiciarius semper videtur esse communis vtrique parti, licet vni datus sit, Castrens. consil. 223. lib. 2.

Terminus limitatus à iure, per Iudicem ampliari non potest, Crauett. cons. 179. num. 2.

Terminus in dubio est perēptorius, & assignatio dicti termini est interlocutoria, Add. ad Bellam. dec. 223.

Tertius.

Tertius comparens pro suo interesse potest recusare Iudicem, iusta de causa, & opponere exceptiones ex sui persona competentes, Abb. & Add. ad Felyn. in cap. cum super de offic. Iud. delegat. vbi etiam de compromisso, Bart. & alij in l. 1. C. vbi in rem act. Angel. in l. si cui §. idem Imperator ff. de accusat. vide l. emptor ff. de Iud.

Tertius comparens pro suo interesse impedit executionem, docto de suo interesse, dummodo nō vtatur eisdem iuribus, quibus vsus fuit reus, qui succubuit, Caputaq. dec. 253. par. 3. Gozzad. cons. 103. & quid quando executio est irreparabilis, Alex. cons. 17. lib. 1. num. 7. vers. non obstat.

Testamentum.

Testamentum militis filijfamilias nō subiacet quærelæ inofficiosi, l. fin. vers. sed hoc C. de inoffic. testam. gloss. in §. sed si in verb. pro exhæredatione instit. de exhæred. lib. & l. testamentum C. eod.

Limitatur vt non procedat de iure nouissimo, vt Bartol. & alij in Auth. ex causa C. de liber. præteritis, & glos. in d. l. fin. C. de inoffic. testam. in verb. testamenta.

Testamentum reuocatur, si testator dixerit coram solemni numero testium, nolo testamentum meum valere, arg. l. 1. §. & si Auth. de testam. imperf. & ibi gloss.

Testamentum imperfectum non valet, etiam iure codicillorum, l. fin. §. illud C. de codicill.

Limitatur vt non procedat si testator dixerit, valeat iure codicillorum, & si fecerit hoc ex certa scientia, l. fin. §. illud C. eod. gloss. in verb. in testamentis instit. de vulg. substitut.

Testamentum vt probetur per testes debent esse rogati, Rot. decis. 62. par. 1.

Testamentum banniti cōditum tempore banni, non reconualescit, eo restituto in integrum, Rot. decis. 795. par. 1. diuers.

Testamentum condemnati non valet nec de iure ciuili, nec Canonico, Bald. cons. 476. lib. 5.

Declara in condemnato per veras probationes, secus si esset condemnatus in cōtumaciam, Rot. in Vrbeuetana hæreditatis 3. Aprilis 1620.

Limita in casu, de quo per Vincēt. de Franch. decis. 501. num. 2.

Testamenti tempus spectatur in legatis,

gatis, itaut veniant tantùm ea quæ testator tempore testamenti habebat, secus quæ post testamentum adeptus fuit, l. si ita, & ibi Bart. ff. de aur. & argen. legato, Alex. cons. 171. lib. 6. Rot. coram Mantic. decis. 14.

Limitatur id procedere in legato indiffinitè, & simpliciter relicto, secus in generali, vel vniuersali, §. si grex institut. de legat. & etiam quando testator legauit omnia sua bona, vel omnes res suas, d. l. si ita ff. eod. Menoch. cons. 129. num. 8. & seq. lib. 2. post Neuizz. omninò videndum, & sentit Alex. cons. 171 lib. 2.

Testamentum factum, ascēdente prę terito, est ipso iure nullū, per tex. in Auth. in testamento C. ad Tertullian. & in §. sancimus circa fin. in Auth. vt cū de appell. cognosc. Bart. in l. filio præterito num. 24. circa fin. de iniust. & irrit. fact. testam. quem refert Vinc. de Frāch. decis. 63. num. 13.

Testamentum de bonis maternis, & alijs in Consuetudine Neapolitana contentis, in Ciuitate existentibus, seu indistrictu valet, non obstāte quod fuerit factum extra territorium statuentiū, ex decis. Bald. in l. 1. col. 8. vers. sed hic quæro C. de sacros. Eccles. & per Anchar. in cap. Canonum statuta in 12. quæst. de virib. statutor. versic. venio ad aliud membrum de constitut. latè Vincent. de Franch. in decis. 552. num. 23. omninò videndus, & nu. 4. an testamentum filij in bonis aduentitijs rumpitur præteritione patris.

Testamentum non rumpitur per filij naturalis præteritionem, Vincent. de Franch. dec. 605. nu. 9. qui allegat gloss. in l. 1. vers. naturales ff. de bon. possess. contr. tabul.

Testamentum factum per deportatū non valet, l. eius qui §. in insulam cum concord. ff. de testam. & quod pendente appellatione à sentētia deportationis, deportatus possit condere testamentū, & locum nō habeat si appellatio fuerit deserta, Vinc. de Franch. decis. 501. nu. 2.

Testamentūm secundum non faciens mentionem de primo habēte clausulas derogatorias, stante statuto quod valeat, an substineatur, Castren. cons. 443. lib. 2. Cęs. de Grass. decis. 1. de testam.

Testamentum factum ad interrogationem Notarij, vel alterius exprimentis nomen hæredis, cum subsequenti respōsione testatoris, quod sic, valet, Rot. decis. 638. par. 1. & vide discurs. Aldob. in Romana de Gabriellis.

Testamentum factum de nocte absq; tribus luminibus, dummodo testes cognouerūt testatorē, valet, Surd. cons. 158. lib. 2. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 7. in fin. in nouis, Gratian. discept. forens. in contrarium vide Honded. consil. 47. num. 9. lib. 2.

Testamenti inofficiosi quærela, vide to supra in verb. quærela num. 28.

Testamētum factum per relationem ad cedulam, in qua continetur dispositio ipsius testamenti, valet, Rota coram Coccino in Romana testamenti 9. Decembris 1620.

Testamentum nō potest dici nullum ratione præteritionis, vide supra in verb. filius num. 27.

Testator.

Testator potest tutori remittere cōfectionem inuentarij, per tex. in l. fin. C. arbit. tutel. Rip. in l. nemo potest ff. de lega. 1. num. 80.

Amplia, vt non solùm possit hanc remissionem facere tutori testamētario, sed etiam legitimo, & datiuo, gloss. in l. 3. §. tutores de suspect. tutor. & in l. tutores la seguda

da versic. personarum C. de administr. tutor.

Limita primo, vt non procedat in præiudicium creditorum, Bald. in d. l. fin. C. arbit. tutel. & in l. fin. §. cum igitur C. de iur. deliberan.

Secũdo limita si Iudex viderit expedire pupillo; quia tunc in confirmatione tutelæ poterit compellere tutorem ad conficiendum inuentarium, l. in confirmando, & l. vtilitatem de confirm. tutor. Rip. vbi supra.

Limita vltimo vt procedat si testator expresse vetuit, secus si simpliciter remisit, tunc enim remissio non valet, Rip. in d. l. nemo potest ff. de leg. 1. num. 85. licet contrariã opinionem magis communem esse attestatur; tum quia paria sunt dicere remitto inuentarium, vel veto fieri, l. si hæres vetitus iũcta l. cũ tale §. Titius el primero de condit. & demonstr. tũ quia nihil interest, quibus verbis vtatur testator si de eius voluntate appareat; nam hodie forma verborum recessit ab aula, l. 2. C. comm. delegat.

Testator censetur voluisse grauare hæredem minus quàm fieri possit, l. vnus ex familia §. si rem ff. de legat. 2. l. si seruos §. qui Margaritã de legat. 1. tradit Crauett. cons. 32. n. 3. & 167. & cons. 187. n. 3. nec censetur illũ voluisse grauare duplici onere, arg. l. nauis onustæ, §. cũ autem ff. ad legem Rhod. de iactu Bar. in l. interdum ff. de publician. Crauett. cons. 32. num. 4. Immo potius legatum debet interpretari in vtile, quam quod testator voluerit grauare hæredem, Crauett. d. cons. 32. nu. 3. & in omnibus alijs supra allegatis.

Testator qui habuit tempus mutandi testamentum, & non fecit, cum eo decedere voluisse concludendum est, Castren. cons. 51. lib. 3.

Testator si dixerit; si testamentum non valet vti testamentum, valeat iure codicillorum, an efficiat, vt hæres possit detrahere duas quartas, Bald. in l. filium quem habentẽ num. 27. C. famil. erciscund.

Testator potest grauare hæredem vt soluat integra legata, & debita, Aym. cõs. 174. Andr. Barbat. cons. 64. num. 17. lib. 2. Francisc. March. decis. 845. num. 8. lib. 1.

Testator & si dixerit in testamento, si non valet iure codicillorum; non procedit quando testamẽtum infirmatur ex causa institutionis: secus si non valeret ob defectum solemnitatis, Auth. ex causa C. de liber. præterit. gloss. in d. verb. & alia videas supra in verb. filius, hæres, & legatum per tot.

Testes.

Testes singulares non sufficiunt ad plenam probationem, quod de plano procedit quando agitur de probando aliquo delicto in specie, nam eo casu debent testes esse cõtestes, vt sufficiant ad condemnationem: sed quid si agatur de probando delicto in genere, puta aliquem esse hæreticum, adulterum, vsurarium, vel huiusmodi; nũquid testes singulares sufficient ad concludẽdẽ probationẽ: respõde, quod aliqui dixerũt quod sic, & in proposito probandi aliquam mulierẽ esse inhonestæ vitæ, hãc esse communem opinionẽ attestãtur Alex. cons. 13. num. 24. lib. 7. Abb. cons. 25. num. 1. Ferrett. cons. 168. post num. 14. & 15. sed secundùm Iuliũ Clarũ in sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 53. num. 18. in fin. quando tractatur de probando delicto in specie, vt criminaliter puniri possit, non procedit dicta opinio; benè verũ est, quod isti testes singulares multum faciunt ad agrauandum reum contra quem deponunt, vt acrius

tor-

torqueatur, vel vt feuerius puniatur.

Limita quando testes singulares deponunt in crimine læsæ Maiestatis; quia tunc etiam quod sint singulares, vel varij probant, maximè quando contra aliquem inquiritur de crimine læsæ Maiestatis in genere, non de aliquo casu specifico, Foller. in sua pract. criminal. in rub. item quod commisit crimen læsæ maiestatis num. 3. & quod etiam in hoc crimine socius criminis admittatur, licet aliàs secus, l. 1. §. Diuus ff. de quæst. l. quoniam liberi C. de testib. quas allegat Foller. vbi supra num. 2.

Testis qui aliàs fuit inimicus, & hodie est reconciliatus potest à testimonio repelli, Abb. in cap. cum oportet col. 3. de accusat. Matant. in 3. part. 6. part. princ. in vers. & quandoque appellat. num. 64. Ias. in §. in bonæfidei num. 31. instit. de act. Bald. in l. præscriptione C. si contra ius, vel vtilit. pub. vide Add. ad Bart. in l. filiusfamilias ff. de donat. contrarium tenent Bart. & alij in l. 3. §. fin. ff. de adimend. legat. & propterea est destinguendū an sit de recenti reconciliatus, vel non, Innoc. in cap. cum oporteat num. 6. de accusat. Farinac. tit. de accusat. num. 42.

Testis pauper quando repellatur à testimonio, vide, & destingue, vt per Farinac. tit. de accusat. nu. 50. post Natt. cons. 66. num. 5.

Testis non interrogatus de causa scientiæ iuxta interrogationem non probat, Gomez. sup. regul. triēnal. quæst. 28. in epilogo casuum negligentiæ cas. 161.

Testis aliàs minus idoneus, quando aliunde veritas haberi non potest admittitur, Alex. cons. 77. lib. 7.

Testium conditio tunc inspici debet cum in iudicio examinantur, vt tunc temporis habiles sint, vt probatur in l. quoniam liberi C. de testibus, & in l. 3. §. duæ ff. de carb. edic. l. 3. §. l. Iulia ff. de testib.

Limitatur primo, vt non procedat si fuissent habiles tempore celebrati actus, deinde inhabiles redderentur, l. ad testium §. 1. ff. de testam. & si sua culpa id euenerit, vt hic Nonius.

Secundo limitatur, vt non habeat locum quando testes sunt adhibiti ad solemnitatem actus, licet non reperiantur habiles tempore depositionis, d. l. ad testium §. 1. ff. de testam. & de communi testatur Ias. in l. 1. col. pen.

Limitatur tertio, quando essent rogati à partibus; tunc enim licet inhabiles sint, tamen censentur à partibus approbati, gloss. sing. in §. & licet in verb. supplicijs Auth. de test ib. facit tex. in l. si quis testibus C. de testibus, quod intelligitur si partes sciebant, secus si ignorabāt, & ita tenent Corn. & Ias. in l. 1. C. de testib.

Limitatur quarto vt non procedat quoties testis esset descriptus, vel se subscripsisset in publico, vel priuato instrumento, quia licet tēpore depositionis sit inhabilis, si tamen tempore descriptionis, vel subscriptionis habilis reputabatur, admittitur eius testimonium, ita ait Bald. in d. l. 1. C. de testib. col. 1. in princ. in verb. potest etiā & eiusd. l. 1. tex. facit etiam l. ad testium §. 1. ff. de testament.

Testis vnicus, & singularis omni ex-
53 ceptione maior, facit indicium sufficiens ad torturam, gloss. in l. maritus in verb. à quæstionibus, & ibi Bart. ff. de quæst. Ias. in repet. l. admonendi sub num. 178. ff. de iure iur. & declarat quis sit testis omni exceptione maior, per gloss. in §. itē verborū instit. de inutilib stip.

O Testis

Testis deponens ad sui exonerationem non probat, Rip. respons. 2. de sentent. & excommunic. num. 7. vbi plura circa testes.

Testis non debet interrogari nisi de his, quæ percepit sensu corporeo, ita Salycet. quem refert Alex. in l. 1. num. 15. ff. si cert. petat. quod enunciatum, ita Alex. putat declarandum: quod verum sit dictum Salyc. quando testis antequam interrogetur de eo quod in mentem suam non cadit, reddit rationem dicti sui per sensum corporis, adeò quòd appareat qualiter intelligatur id de quo interrogatur, & tunc verum est dictum Salyc. sed si non dum declarasset benè potest interrogari, & potest respondere per verba significantia sensum corporeum, quod si respondeat nescire, manifestè apparet non intelligere id super quo deposuit, & ideo potest interrogari quid sit publica vox, & fama, & quid notorium, Bald. & Angel. inibi.

Testis debet prius deponere super interrogatorijs, quàm super articulis parte protestante, Gonzal. super reg. 8. post gloss. 9. tit. de nullit. numer. 80.

Testis potest declarare suum dictũ ad petitionẽ partis, vel Iudicis, Bart. in l. repeti, gloss. & Ang. in Auth. de testib. §. quia vero Card. in Clem. testibus de testib. nec cogitur denuò iurare, Bald. in Auth. hodie C. de iuram. calum. Bart. & DD. in l. hæredes palàm ff. de testam.

Testis potest precibus induci ad deponẽdum, Abb. in cap. 1. de testib. Dec. cons. 188. sub num. 4.

Testis dubius, & incertus, qui non potest applicare animum magis ad vnum, quàm ad aliud de quo fuit interrogatus potest respondere per verbum dubito, notat gloss. in l. 2. §. qui obseruari in verbo existimat C. de iurament. calumn.

Testis de auditu licet faciat præsumptionem, non tamen talem quod transferat onus probandi in contrarium, Benint. decis. 67. nu. 8.

Testis deponens extra articulum, an valeat suum dictum, & an possit examinari, vide Bart. in l. si duo §. itẽ Iulianus ff. de iureiurand. gloss. in cap. cum olim Abbas extr. de offic. delegat. Surd. decis. 16.

Testis deponens de valore, quia non percipitur sensu corporis, debet reddere causæ rationem, etiam nõ interrogatus, Bald. in l. fin. C. de iur. domin. impetr.

Testibus qui deponunt se aliquem dominũ fundi vidisse, nõ creditur, Bart. in l. 1. ff. si cert. petat. nu. 27. Hoc dictum procedit, & locum habet in dominio in specie, secus in genere, & sic intelligatur dictum, Bart. in d. l. 1. nu. 15. ita conciliat Dec. ibi num. 66. & vide Bald. in l. conuenticula num. 7. C. de Episc. & Cleric.

Testis singularis in delictis probat, nec singularitas vitiat, notat Euerard. in sua cent. in præamb. num. 9. vbi multa adducit Dec. cons. 56 & inibi Add.

Testibus deponentibus super affirmatiua, magis creditur, quàm super negatiua: declara vt procedat in negatiua mera, nõ autem restricta ad locum, & tempus, ac quando negatiua probaretur per factum, quod sonat inaffirmatum, Add. ad Alex. cons. 147. in fin.

Testis arbitet quando esse possit, vide Capell. Tholos. quæst. 142.

Testibus deponẽtibus præsumptiuè, in defectum probationis, non defertur iuramentum, Dec. num. 66. & DD. in l. 1. ff. si cert. petat.

Testis deponens per verba, iudicio meo, non probat, Crauett. cons. 6. num. 123.

Testis minus probans in dicto,& efficacius in ratione, semper ratio attenditur, Bald.in l. conuenticula num.6. C.de Episc. & Cler. notat. in l. solam C. de testib. & in l. si is qui animo ff.de acquir.possess.

Testis deponens numquam probat vbicunque oppositum eius quod deponit potest stare cum veritate causæ, per quam testis fundat dictum suum, Bal.in l. conuenticula num.7.C.de Episc.& Cleric.

Testis dictum,& depositio recipit intelligentiã ab articulis,Grat.cons. 41.lib.2.

Testis qui deponit de aliqua re,& affert rationem,quia est vicinus,an probet,vide Bart.in l. 1.num.14.& ibi Alex.nu.16.Bald.col.4. Ias.nu. 14. Dec.nu.57.ff.si cert.petat. Bal. quem omninò videas in l.conuenticula C.de Episc.& Cler.nu.7.

Testis vbi agitur de eius commodo debet in depositione addicere, quòd non intendit ex sua depositione commodum reportare,Lamberteng.de contract. gloss. 10. nu. 20.& gloss.12.num.14.

Testes singulares non faciunt deferre iuramentum suppletorium,Bal. in l.de quibus ff.de legib.

Limitatur vt non procedat in singularitate quæ tendit ad eundem finem per diuersa media,Bald.in cap.1.de controu.instit. sequitur Felyn. in cap. conditio de fide instrument.num.85.in fin. Marant. in repet.l. is potest ff. de acquir. hæred.

Testes singulares admittũtur ad probandum quid in genere,Lambert. de contract. gloss. 12. num. 17. & seq.

Testes singulares sufficiunt ad probandum animum, Castrens.consil. 395.col.3. vol.2. Crauett.cons.73. num.33. Surd.consil.82. num. 37. lib.1.

Testis non est idoneus venditor in causa rei venditæ, nisi sit super finibus,Capell.Tholos.quæst.94.

Testes domestici admittuntur super ijs quæ domi fiunt, l. consensu C. de repud.& an differant à testimonio filiorum, latè Vinc.de Franch. in decis.538. omninò videndus.

Testis vnicus facit semiplenam probationem,gloss.in l.admonendi ff. de iureiurand. & gloss. in l. in bonæfidei C.de iureiuran. & ibi DD. Quod limitatur vt non procedat si sit consanguineus, vt per Ias.in d.l.admonendi num.179. vbi plura allegat, idque sublimatur secũdùm Angelum, quẽ idẽ Ias. refert n.180. nõ habere locum si sit consanguineus ex linea transuersali, benè si ex ascendenti, vide Rip. nu.178.Alex.cons.148.lib.5.Marsil.singul.133.

Secundo non procedit si esset bonæ conditionis,& famæ, vt ibi per eund. Ias. vbi plures affert limitationes,& ideo videas.

Testes contra Episcopum quamuis debeant esse bonæ opinionis, fallit tamen vbi sunt familiares Episcopi, quoniam tunc etiam viles admittuntur,gloss.in cap.nulli Episcoporum extr.de accusat.

Testes examinati in genere in prima instantia, non possunt examinari in causa appellationis super liquidatione, Benintend.decis.3.

Testibus pluribus defectibus laborãtibus, ac suspectis, non adhibetur fides, cap. veniens extr. de testib. cap.1.& ibi Dec.nu.19.de probat. Hoc pronunciatum limitatur, in d. cap. veniens num.12. per Felyn. & in cap. tertio loco num. 3. vers. in textu ibi fratres extr. de probat.non habere locum quando veritas aliter nec actu, nec potentia haberi posset, quia tunc statur dicto testium, aliàs inhabilium, quæ im-

impotẽtia debet a rticulari,& probari,per Carer. in pract. criminal. pag.125. Benintend.decis.53. nu. 9.& de hoc non est standum dicto ipsius testis, Alex.cons.64. lib.1. Hyer. Grach. in consilio de sindicatu num.84.& seq.

Testi non iurato nõ datur fides,Alex. in l.milites col.2. C.de testam.milit.Mathes.not.38.vbi notat,quod in causis summarijs, nec etiam Papa posset dispẽsare,quòd credatur testi non iurato, vt est singularis decisio August. Anchonitan. intra.de potestate.Ecclesię quęst.55. art.vlt.quam pro incognita refert Fely.in cap. constitutus col.9. fall. 2.extr. de rescript.vide Dec.cons. 691.in fine.

Testes sunt reducendi ad concordiã, etiam vt probent, cap.2. extr. de testib. Cæs.de Grass.dec.5. de spõsal.num.23.

Testes variantes circa quantitatem, si taxatiuè deponunt, dicuntur contrarij, & non admittuntur, Alex.in l.rogasti §.si tibi,& ibi Ias. ff.si cert. petat. Alex.cons.64.Veg. cons.9.num.13.

Testes in dubio præsumuntur contestes,Alex.cons.146. num.20.lib.5. Cæs.de Grass.dec.21. num.4. Bursat.cons.437.num.22.

Testes interrogati de facto aliquo habente causam manentem,non momentaneam, si dixerint se nescire, poterunt iterum interrogari,& dicere se scire,nec per hoc dicuntur contrarij, si hoc diuersis temporibus assererent,nam vbi factum habet causam continuam, & non momentaneam, quis ex diuersitate temporis poterit scire,quod aliquando ignorauit, ita notat Abb. in cap. cum causa num.2. extr.de testib.

Testis qui se subscripsit vti præsens alicui actui, non potest postea dicere se subscripsisse alio loco, & tempore,Capic.decis.192.

Testes post conclusionem in causa recipi non possunt per dispositionem Regiæ pragmat.14. de ordin. Iudic.quæ est conformis cum iuris communis dispositione, vt not. in cap.cum clamor,& in cap.cum venissent extr.de test. Scribent. in cap.pastoralis extr.de caus.possess. tamen hoc non habet locum in testibus nobilibus, & legalissimis, quia in eis nõ cadit suspitio subornationis, Spec.in tit.de instr.edi. §.fin.versic.sed pone &c. quem refert, & sequitur Alex. in auth. iubemus col.3. in princ.C.de Iudic.

Testis deponens super alio articulo, quàm iurauerit,non probat, gloss. in cap. cum olim Abbas de offic. delegat. & ideo bonum consilium est quod iuret super tota causa, Surd.decis.16.

Testis si in aliquo deposuerit falsum facit vacillare totum dictum,Bellam.dec.47. Surd.dec.16.& cons. 61.num. 15.lib.1.

Testis approbatus à partibus dicitur omni exceptione maior, Rot.dec. 467.par.1.

Testis vnus si interrogatus de valore rei dicat, valet centum,& nõ plus, & duo alij dicant, valet ducentum statur dicto duorum, gloss.in l.dic̃ §.si plures in verb.consenserunt ff. de recept.arbit.

Testis vnicus facit plenam probationem vbi de facto proprio ad vtilitatem tertij deponit,Paul.Castrẽs. in l. quicunque C. de seru.fugit.& ibi gloss.Dec.cons.56.num.4.& in consil.650. numer.9. vbi contrarium asserit teneri ab Alex. in l.2. §.1.ff.si ex noxal.caus.agat.& idem Alex.cons.142. nu.13. lib.6. Add. ad Afflict. decis.369. vide Ias.in l. cunctos populos nu.65.C.de summa Trinit.& fid. cathol.Menoch. de

de arbitr.Iudic.cap.99. lib.2. Benint. decis.63. & quod faciat plus quàm semiplenam probationem, Aym.cons.178. Benint.d.dec.63. & est indubitatum contra inducentem, & producentem eius dictum absque contradictione, Marant.in sua prax. in 6. par. act.13. num.12. Mascard.de probat. conclus.1235.num.29. Farinac.quæst. crim.62.num.243. vbi de communi,vel quando fuisset corruptus,nè deponeret contra eum pro quo deposuit, Add. ad cons. Castrens. 352.lib.2.vel concurrentibus alijs adminiculis, Soccin.iun. cons.62. num.6.lib.1. Verall.dec.271.par. 3. Benint.decis.63. Cæs. de Grass. decis.3.de probat.num.6.

Testes omni exceptione maiores dicuntur qui nulla legis exceptione repelli possunt,gloss.parua in verbo maiores in cap. 1. extr. de consanguin. & affinitat. & gloss.instit. de inutil.stipul.§.item verborum obligatio, quas refert D. Ioan.de Arnon. comment.34. fol.mihi 84.

Testis in testamento esse non potest, qui ob carmen famosum damnatur,vt intestabilis sit, tex.in l.cum l.& ibi gloss. ff.de testam. l.is cui §. si quis ff.eod.

Amplia in filio familias qui non potest esse testis in testamento patris,l.qui testamento §. quæcũque eod. tit. nec furiosus dum furor eũ tenet,vt per gloss. in d.l.qui testamento, & dixi supra in verbo qui vers.qui non habet.

Testes mortui inter alios examinati semiplenè probant,Surd.dec.103.

Testes examinati vltra tertiam dilationem sine solemnitate,valent, nisi fuerit appellatũ, Capell. Tholos.quæst.200.

Testium depositiones vt valeant necessaria est citatio partis ad videndum illos iurare, Felyn.in cap.in nomine domini in fin. extr. de testib. & non creditur Notario, nec Iudici asserentibus testes formaliter iurasse, Abb.in d.cap.in nomine domini num.12.de testib.

Testis vnicus sufficit ad obtinẽdum mandatum de manutenẽdo, dummodo rectè de possessione deponat Benint.dec.62. Surd.cons.73. nu. 1.Purpur.cons.46.num.2.Gabriel. de testib.concl.1.nu.22.Dec.cons. 663.quia sufficiunt indicia in tali iudicio,Borgnin.dec.19.nu.4.p.1. Declara vt procedat in teste omni exceptione maiore, Benint. d. decis.62.num.14.

Testis vnicus omni exceptione maior sufficit ad probandum, seù interpretandum quemadmodũ verba à contrahentibus fuerit intellecta, Mant.de ambig.conuen.lib. 2.tit.8.num.13.

Testis qui dicit se vidisse Titium locare, & fructus colligere, ac alia facere quæ domini faciunt, probat possessionem, Bart.in l.2.C.de acquir.possess.

Testes examinati in quarta dilatione sine solemnitate legali, non valent,parte contradicente, Capell. Tholos.quæst.116.

Testes examinati generaliter super bona fama, non tollunt indicia specialia super homicidio contra reum habita, Innoc.in cap.auditis de præscript. Bald. in l. fine possidetis col.2. C.de prob. Alex.cons. 77. incipit in causa accusationis in princ.col.2.lib.1. Ludouic.Roman.cons.167.

Testes examinati post terminũ præfixum,de consensu partis,& cum illius interrogatorijs,dicuntur validè examinati, Crauett.cons.65. nu.2. Lancellot.de attent. appell. pend.limit.42.n.13.Innoc.in cap. cum causam vers.nam quamquam extr.de testib. Fely.in cap.de causis num.6.de offic.delegat. Iaf.in l. 1.num.16. ff.de ferijs Peregr.dec 183.

183.lib.2. Put. decis.301. incipit de mēse Aprilis lib.3.Capell.Thol. quæst. 116.& si omisit dare interrogatoria in tempore nō restituitur in integrum, decis.Put.24.lib. 3.DD.in l.& cum minores C.si aduers.rem iud.vide etiam supra in verb.post num.23.

Testes qui iurarunt in termino probatorio, si post terminum examinentur non probant,intelligendo de termino dato à lege, secus si à Iudice,Benint.decis.11.

Testes deponentes se vidisse aliquid de nocte absque lumine,non probant, latè per Ias. in l.non minorē C.de transaction.

Limita si assererent se cognouisse delinquentē per vocem, quia tunc faciunt indicium ad torturam, Bald. in l. si non speciali in prim. verb. C.de testam. Viu.decis.169. quem refert D.Ricc.collect.133.

Testes licet non citati,si tamen sunt requisiti à parte,probant, nec dicuntur vltro se ingerere, Capell. Tholos.quæst.385.

Testis examinatus corā Arbitro,non probat in iudicio ordinario, l.fin. C.de testib. nisi sit mortuus, decis. Perus.2.nu.40.par.1.Cæs.de Grass. decis.11.de probat.

Testes examinati super possessorio non faciunt fidem in petitorio, quando Iudex non habet iurisdictionem, nisi super petitorio,Rot. decis.35.par.2.diuers.

Testis nulliter examinatus, debet iterum reexaminari, Fely. in cap. litteris de offic.delegat. nu.1. Put. decis.427.

Testis qui deponit vnum in interrogatorijs,& aliud in articulis,attenditur dictum super interrogatorijs Rot. coram Pamphilio die 14. Iunij 1585.

Testes non publicati non faciunt semiplenam probationem, Add.ad Abb. in cap. 1. extr. de ordin. cognit.num.9.Crauett.cons.134.nu. 48. & an sententia sit nulla,non publicatis testibus parte petente, vide per Felyn.in cap.cum I. & A. de re iudic.num.1.& seq.

Testes repentinè,& celeriter respōdentes, antequam articulus totus legatur, præsumuntur falsum dicere,Roman.sing.445.incipit,an ille qui celeriter.

Testes non debent interrogari vltra materias articulatas, l.si quis libertatem vbi gloss. & Bart. ff.de petit. hæredit.

Testes descripti in instrumento præsumuntur rogati, præterquam in aliquibus casibus, Capell. Tholos. quæst.183.

Testis nulliter examinatus, si repetitus referat se ad primum examen, eius depositio valet, quamuis relatum sit nullum, Bart.in l.eos ff. ad leg. Cornel. de fals. Gomez. tract. vltim. volunt.titul.12.num.23.in fin.

Testis varius, vel vacillans torque-
54 tur,& punitur ex officio,vt C.de testib.l.nullū, & per And.de Isern. in Constitut. Regni si damna Clādestina in 7.col. circa princ. necnon per Innoc.& alios in cap.cum in contemplatione de reg.iur.Bal. in l.milites C.de quæst. & in l.3. C. de adult.Angel.in cons.275. cuius est initium,quędam Domina Margarita:& ideo ne testis vacillet, & ne contrarium asserat eius, quod primo dixerit,aduerte,vt quando semel deposuit, & iterum super eodem facto, & eisdem capitulis producitur dicat,& deponat, prout aliàs dixit,& se referat ad illud; nam talis depositio admissa per Iudicem idem operatur, ac si expressè, & specificè deposuisset quod in prima depositione, l.qui liberis §. qui testamentum, ff. de bonor. possess.sec. tabul. l. tribunus §.1.l. quærebatur ff.de testament.milit, Bart.

Bart. in l. eos C. de falſ. & ita conſuluit D. Ioan. de Arnon. commẽt. 161. fol. mihi 113.

Teſtes coguntur deponere, etiam tẽpore feriarum, dum tamen ſint ad vtilitatem hominum, Theſaur. deciſ. 39. num. 2.

Teſtes qui nõ conueniunt in ſumma, & quãtitate, tunc tenenda eſt media via, Caputaq. deciſ. 299. par. 2. ſed ſi ex multis duo teſtes concordarent, tunc illa ſumma in qua ipſi conuenirent eſſet tenenda, Salyc. in l. hac edictali §. his illud C. de ſecund. nupt. Rot. coram Seraphino in Armin. Caſtrorum 15. Decembris 1595.

Teſtis mortuus, quamuis abſque iuramẽto depoſuerit, videlicet metu monitorialium, eius depoſitio valet, Lambert. de contract. gloſſ. 11. num. 20.

Teſtes de Vniuerſitate ſunt idonei teſtes pro Vniuerſitate, quando commodum non venit diſtribuẽdum inter eos, vti ſingulos, Angel. in l. huius ſtudij ff. de iuſtit. & iur. nu. 5. Surd. deciſ. 238.

Teſtes ad probandum tenorem ſcripturæ deperditæ, debent eſſe periti, & deponere de die, loco, & qualitate ſcripturæ, Surd. cõſ. 144. lib. 1.

Teſtes inuiti trahi poſſunt ab eorum loco ad examen, Theſaur. dec. 39. num. 3. Benint. deciſ. 74.

Teſtes ad deponendum ſuper obiectibus oppoſitis contra teſtes, non compelluntur ſe examinare, Capell. Tholoſ. q. 413. contrarium tamen tenent inibi Add. vbi vide.

Teſtium falſorum lingua eſt perforãda, gloſſ. in l. omninò C. de delator. & teſtis falſum deponens coram aliquo Iudice non ſuo, efficitur de foro, ſeu ſubditus illius Iudicis cuius aures fuerint offenſæ, l. nullum C. de teſtib.

Limita in Clerico, Afflict. deciſ. 230. & etiam è contra quando laicus depoſuiſſet falſum coram Iudice Eccleſiaſtico, Iudex tamen ſecularis præueniſſet D. Ricc. collect. 243. par. 2. Afflict. deciſ. 219. & aliàs limitationes videas per eundem D. Ricc. in d. collect. Vincent. de Franch. deciſ. 722. num. 8. & nu. 4. quod qui deponit falſum coram Iudicibus ciuilibus M. C. V. punitur per Iudices criminales ipſius M. C.

Vidua nobilis quæ meretrix est pro debito ciuili carcerari non potest, Auiles in cap. prætorum in prooemio in principio num. 27. col. 4. & alij DD. licet aliqui contrarium sentiãt, quos allegat Plaza in epit. delict. cap. 34. num. 13. quos omnes refert Consiliar. Gizzarell. decis. 54. num. 15. & quid in nupta meretrice, videto supra in verbo meretrix in princ.

Vidua vt gaudeat electionis, & variationis priuilegio tenetur præstare iuramentum perhorrescentiæ, per text. in l. 1. C. quando Imper. int. pup. & vid. cuius dispositioni non fuit derogatum, per tex. in Cõstit. Regni, statuimus, sed eidem legi hoc additum fuisse, ꝙ vidua iuret perhorrescentiam, vt habeat electionem, & variationẽ dicit gloss. in d. constitut. in verb. corporali, quæ licet etiam dicat aliter de facto vidisse iudicari, nõ quod fit, sed quod fieri debet attendendum est, & gloss. prędict. sequitur Afflict. in d. constit. in 8. notab. qui dicit in Regno vidisse multos Aduocatos ad hoc nõ aduertere, & hanc quæstionem esse decisam per Ritum Mag. Cur. 227. item quod pupillus priuilegiatus, hocq; refert Vinc. de Franch. & secundùm hanc opinionem attestatur per Sac. Consil. esse decisum decis. 257. num. 5. & num. 6. an quando vidua adimpleuisset contenta in dicta constitutione, & deinde nupserit, sit etiam causa remittenda, dicitq; hunc pũctum non meminit accidisse, & remissiuè allegat Carauit. in Ritu 233. incip. item si Clericus in 4. quæst. vbi hinc inde arguit, cõcludit, & limitat, & Foller. ei contradicentem in d. Constit. Regni, statuimus n. 27. vers. quæro hic de notabili quæstione, quos videas.

Vidua luxuriosè viuẽs nõ gaudet beneficio, l. vnicæ C. quando Imp. inter pup. & vid. vide Dec. in cap. 1. in fine de Iud. vbi in Apostilla littera D. Iaco. in l. cum quedã puella 1. col. in glos. 1. num. 7. ff. de iurisd. omn. Iud. nec beneficio Constitut. Regni, statuimus, vt ibi etiam dicit And. 1. col. vers. item vidua, de quo & alijs meminit, eosq; sequitur Didac. in tract. practie. quæst. cap. 7. nam viduæ vt habeant hoc priuilegium, necesse est vt viuant vt viduæ, non autem luxuriosè, quia vidua luxuriosè viuens, abiecta pudicitia meritricio more, perdit omnia priuilegia intrinseca, & extrinseca, vt dicit Bal. in l. his solis C. de reuocand. donat. & refert Vinc. de Franch,

Franch.decis.233.num.4.nam cessant rationes, ex quibus conceditur viduæ hoc priuilegium, vt inibi idem Vinc.de Franch.

Viduæ non debentur fructus, seù interesse dotis post annum, nisi factis diligentijs, Grat. resp. 56. lib. 1. Surd. cons. 194. Seraphin. decis. 1406.videndus omninò.

Ex vidua concubina natus quando præsumatur legitimus, vide to supra in verbo natus vers.primo.

Villa.

Villa tenetur emẽdare furta, & damna in territorio facta,stante statuto, Bald. cons.174. lib.2. & in l.si quando C.vnde vi Ias.in l.de quibus num.56.ff.de legib.

Villam suam si dominus non fulcit, & munitione debita non custodit, possunt vassalli eam deserere, argumento l. ex conducto, & l.si in lege §. colonus ff. locat. & l. sicut certo §.si me in fi.ff.com. & potest vassallus à Terra discedere,argum. l. vis eius de probationibus, licet gloss. videatur in contrarium, in l. quemadmodum in vers. permutare de agric. & cens. quæ vult quòd ad aliam villam eiusdem domini non possit colonus, eo inuito, se transferre, & quid in Regno, vide latè Iacobut. de Franch. in feud. vsus præلud. sub rub. species feud. quot sint num. 158.

Violentia.

Violentia meretricibus illata, vide supra in verbo raptor meretricis.

Vir.

Vir, pacto de non succedendo in dotibus vxoris facto, se ab ijsdem reddit exclusum ex decis. Napod. in consuet. si quis, vel si qua in verb. præterquam in 4. quæst. vbi in specie decidit hanc quæstionem, & indies videmus patres, & matres excludi à successione filiorum in pupillari ætate, vel post quandocunque ab intestato morientium, ex pactis matrimonialibus initis in instrumentis dotalibus iuxta vsum Nobilium huius Ciuitatis, vulgo dictum, alla nueba manera, ita refert esse decisum Vincent. de Franch.decis.491.num.2.

Vir vt dicatur, vel non dicatur soluendo, est inspiciẽdum tempus restitutionis dotis, quo agere poterit, ità dictum fuisse in Sac.Cons.testatur Afflict.313. ex decis. Imol.in cap. peruenit de empt. & vendit. quem sequitur ibi Abb. in 3. nota. & dicit communiter teneri, vbi etiam Ant. de Burgos in fin. dicit hanc opinionem teneri de iure canon.& ciuil.& reprobat Barbat. aliter tenentem, & idcirco quando Excell. Prorex dispensat super Reg.Pragm.edita sub die 12.Martij 1543. dicit, dummodo non remaneat mulier indotata, nec fraudata iuribus dotalibus, & sic respicit tempus restitutionis, quo tempore ad dotes, & antefatum agere potest, nõ autem ad tempus renunciationis hypothecæ, Vinc. de Franch.decis.477.num.15.

Virgo.

Virginis raptus, vide supra in verbo raptus per totum.

Virgo debet eligi Abbatissa, vide supra in verbo Abbas in fin.vers.Abbatissa.

Virgo in materia, l.1.C.quando Imper.inter pupill. & vid. gaudet ijsdem priuilegijs, quibus viduæ, & pupilli gaudent, quod sæpè iudicatum est in Sac.Cons.ex dec. Andr. in Constit. Regni, statuimus 2.col. vers. quid si vidua, vel virgo, qui hoc videtur habere pro absoluto, sequitur ibi Afflict.in 8.quæst. qui dicit hanc decisionem esse menti tenendam, quia non reperit hoc tactum ab aliquo Doctore, nec in d.l.vnica, neque in cap.significantibus de officio delegat. loquendo for-

forſan, ſecundùm Vinc. de Franch. deciſ. 100. num. 1. de virgine, quæ non habet intentionem vitam cælibem ducendi, quia de virgine vitam cælibem ducente, quæ nullo tempore fuit cognita, quòd habet hoc priuilegium, loquitur gloſſ. in l. malum §. viduam ff. de ver. ſignif. in verb. viduæ, & indiſtinctè virgines fuiſſe admiſſas ad electionem fori per Sac. Conſ. teſtatur idem Vinc. de Franch. d. deciſ. 100. nu. 4.

Virgo ſtuprata, pro ſtupro in eam cōmiſſo, habet electionē fori, ex quo delictum ſtupri eſt commiſſum in eam virginem, occaſione cuius delicti in eam vt virginem commiſſi incontinenti nata fuit actio quærelam exponendi, ſic conueniunt verba l. 1. C. quand. Imperat. & eſt regula generalis, quod initium ſpectatur l. ſi filiusfam. ff. de verb. obligat. quam allegat Napodan. in con ſuet. contra habentem in gloſſ. fin. Carauit. in Rit. 19. Item quod procurator in 2. quæſt. fol. 18.

Amplia, quòd non solùm habeat fori electionem ſtante priuilegio virgini conceſſo contra vaſſallum ſtuprantem, ſed etiam contra dominum, vt tenet Vinc. de Franch. deciſ. 599. in fin. qui dicit, quod etiā in hoc caſu loquitur Carauit. in Ritu ſupra allegato verſ. intellige tamen prædicta.

Virilem.

Virilē habebit is qui ſuccedit alicui per ſeipſum, Napod. in conſuet. ſi mulier in princ. l. ſi libertus, præterito patrono, ff. de bon. liber.

Viſitatio, & Viſitator.

Viſitatio requirit acceſſum neceſſarium, Vinc. de Franch. dec. 711. nu. 13. & 14.

Viſitatio, & procuratio quatenus cōpetunt iure ordinario, præſcribi non poſſunt, Capell. Tholoſ. quæſt. 333. & ibi Add.

Viſitationi inquiritur de vita, & moribus, Seraphin. deciſ. 475.

Viſitare loca exēpta diœceſis poteſt Epiſcopus citra correctionem, & punitionem, Rot. deciſ. 740. par. 1. diuerſ. vbi aliqua.

Viſitator non recipit alimenta, niſi à viſitatis, Syluan. conſ. 48.

Viſitator poteſt priuare beneficijs præmiſſa citatione, & cognito ſuper exceptionibus, Felyn. in cap. dilectus de reſcript.

Viſitator habet iuriſdictionem ordinariam in inquirendo, & cognoſcendo, Add. ad Felyn. in cap. dilectus de reſcript. nu. 3.

Viſitator datus à Papa Eccleſiæ vacanti, poteſt conferre Beneficia, ſecus datus ab alio, Felyn. in cap. dilectus de reſcript. num. 3.

Vita & militia.

Vita, & militia pro liquidanda inſpiciendum eſt tempus, quo teſtator moritur, ijs potiſſimè rationibus, ſcilicet ex verbis Conſtitutionis Regni Comitibus, in qua conſtitutione, vita, & militia paragio æquiparatur, inibique And. dicit, vitam & militiam eſſe loco partis hæreditariæ, à qua excluditur per primogenitum maiorem, & magis infra dicit, eſſe tertiam partem, quam habiturus eſſet ſecundogenitus, ſi ſuccederet in feudum, idem Andr. in ead. conſtitut. quam legit poſt conſtitutionem, conſuetudinem, in princ Paris de Puteo in tract. de reint. feud. in cap. nunc videndum num. 10. & 16. Loffred. in cap. 1. §. quid ergo in verb. vel danda, col. 2. de inueſtit. de re alien. fact. & quòd vita, & militia reintegratis corporibus ad feudum poſt mortē teſtatoris, augeatur, Vincent. de Franch. deciſ. 61. num. 13. & concludit contra Afflictum nu. 18.

Vita, & militia licet taxetur habito reſpectu ad fructus, debebitur tamen ſi aliquibus annis fructus non percipiuntur, quia fructus præſtandi

di non sunt in obligatione, sed pecunia, ita Ioan. Thom. in decis. 10. Marcellus, quem refert Vincent. de Franch. decis. 121. num. 12.

Vita, & militia debetur etiam in linea collaterali fratri secundogenito per primogenitum, qui successit auunculo, firmat & optimè Lofred. fundans se in exclusione in cap. 1. §. quid ergo col. 2. versic. dubitatur, de inuestit. de re alien. fac. & dicit sic fuisse decisum per Saç. Cons. & decisio fuit reassumpta per Capic. in decis. 211. in nouis, & deberi amitæ, ex quo est exclusa per nepotem, ideo Andr. in constit. Comitibus colum. 3. vers. æquum est amitam, dicit hoc esse vtile amitæ, quia propter hoc habebit maiorem dotem: & quod sola exclusio sit causa quòd paragiū debeatur, idem Andr. in constit. in aliquibus col. 12. versic. resultat quęstio, refert, & sequitur Vincēt. de Franch. decis. 73. nu. 18.

Vitiatum, & Vitium.

Vitiato expresso, non vitiatur tacitū,
58 l. si fideiussor ff. de legat. 1. l. nam hoc iure ff. de vulg. & pupill. vers. vt cum pater, & de hac propositione, vide Bart. in d. l. si fideiussor.

Limitatur vt non procedat quando tacitum venit per modum sequelæ, & partis subiectiuæ, vt notatur per Aret. in princ. instit. de vulg. substitut. num. 12. circa fin. & Bart vbi supra.

Limitatur etiam quando adest eadem ratio vitiandi tacitum, quæ est vitiandi expressum, l. debitum, C. de remiss. pignor.

Vitiosum ab initio, an tractu temporis conualescat, videto supra in verb. quod num. 31.

Vitium visibile in testamento impedit immissionem hæredis scripti in possessionē, vide supra in verb. possessio vers. in possessionem scriptus hæres.

Vitiū quod obstat prædecessori, obstat successori, si successor prætendit successionem, l. in omnibus, §. non debeo, ff. de reg. iur. notat Iacobut. de Franch. ad tit. de ijs qui feud. dar. poss. §. hoc autem num. 30.

Vltima.

Vltima derogant prioribus, quando sunt validè facta. Surd. decis. 51.

Vltima possessio in materia iurispatronatus preualet, etiam quando apparet de variatione, Felyn. qui allegat concor. in cap. cum accessissent colum. 17. versic. quartus casus de constit. sed contrarium esse decisum in Sac. Consil. refert Vinc. de Franc. dec. 85. in fin.

Vna.

Vna via electa, altera excluditur, l. fin.
59 circa mediū C. de codicill. §. quæ de fullone institut. de obligat. quæ ex delict. nascunt. cap. 1. extr. de postul.

Limitatur primo vt non procedat quando altera via eligeretur vigore alterius scripturæ, vt tradit Bart. in cons. 67. quod incipit, quidam, & ibi affert intellectum ad legem fin. C. de codicill.

Secundo limitatur non procedere, quando qui illam eligit, ignorabat aliā sibi competere, d. §. quæ de fullone institut. de obligat. quæ ex delict. nascunt.

60 Limitatur tertio in executiuis, quia etiam quod quis elegerit vnā viam potest ad aliam redire, ita vt licet fuerit immissus in possessionem, adhuc potest capi facere suū debitorem, Ias. in l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemperau. nu. 23.

Vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri, l. eum qui ædes ff. de vsucap. sed distinguitur ista propositio, vt non procedat diuerso tempore, & quando interuenirēt plures personæ.

Li-

Limitatur etiam non procedere in cõſideratione intellectuali, vbi plures concurrũt intelligendi formæ, ſecus in corporali, vt notat Bald. in l. 1. num. 5. C. de ſeru. fugitiu.

Vnio, & Vnita.

Vnio eſt nulla ſi fuit tacitum aliquid, quod expreſſum Papa non conceſſiſſet, Felyn. in cap. poſtulaſti num. 3. de reſcript. etiam quod adeſſet clauſula, motu proprio, quia illa non aufert ius tertio, Felyn. d. loco, ſed quod ſit irritanda tenuit Rot. vbi ſupra.

Vnio in dubio præſumitur facta Eccleſiæ, Bellam. deciſ. 387. & deciſ. 508. par. 1.

Vnio quomodo præſumatur, vide per Felyn. in cap. 3. de conſtit. num. 7. vbi per coniecturas denominationis, & præheminentiæ.

Vnio de beneficio reſeruato, non facta mentione reſeruationis, non valet, Felyn. in cap. in noſtra de reſcript. num. 24.

Vnio vbi non probatur per litteras, requiritur immemorabilis, Rot. deciſ. 609. par. 1. & 508. num. 10.

Vnio facta per legatum de latere nõ requirit conſenſum Capituli, minuſque tractatum, Bellam. deciſ. 513. & 514.

Vnio poteſt fieri ab Epiſcopo ad vtilitatem fabricæ, Rot. dec. 133. par. 2. diuerſ.

Vnio beneficij iuris patronatus laicorum, ſine eorum conſenſu fieri non poteſt, & de hoc non facta mentione eſt nulla, Abb. in cap. cũ dilectus in fin. de iure patron.

Vnio ſeminario erigendo, eſt nulla, Rot. coram Melino in Turitana Capellæ 16. Martij 1598.

Vnita ſi fuerit vna Eccleſia alteri, ſtatuta in vna, debent etiam in alia ſeruari, iuxta text. in cap. 1. ne ſede vacant.

Vniuerſitas.

Vniuerſitas eſt perſona ficta ſemper ignorans, & veram ſcientiam non habens, Paul. de Caſtr. conſ. 220. circa fin. nec poteſt argui à particulari ad vniuerſitatem, quia facilius præſumitur voluntas vnius, quàm innumerabilis populi, Bald. in l. Barbarius 1. repet. ante num. 1. de offic. prætor. è contra facit quòd contra eam poteſt dari libellus, ſicut contra ſingularem perſonam, l. tigni vbi Bald. ad exhibend. & conſtituitur in mora, idem Bald. in cap. 2. num. 10. circa finem, vide Balzar. in comment. tit. de contumac. alicuius Vniuerſit. cap. 2. nu. 3. & 4.

Vniuerſitas an poſſit ſe congregare pro faciẽdo Sindicum, & Electos, & alia pro regimine Vniuerſitatis abſque authoritate ſuperioris, in hoc Regno non dubitatur, quia indiſtinctè in his congregationibus Capitaneus, ſeù Gubernator interuenit, ex deciſ. Bart. in l. actor col. penul. verſ. vlterius venio ff. rẽ rat. haber. pulchrè ponit Paris, in tract. de ſind. car. 10. cap. ponẽ quod Vniuerſitas, Guid. Pap. dec. 106. & 631. verſ. ad vnum. & nota quòd ſi Vniuerſitas intendit ſe cõgregare pro habendo recurſum contra Baronem, vel Officiales, à Superioribus expediuntur prouiſiones, quòd pro his litibus, vel grauaminibus poſſit ſe congregare abſque præſentia officialis, petita tamen licentia ab officiali, licet non obtenta, & aliquando dicitur ſemel tantùm, vel bis ne hæc licentia perpetua fiat, ita teſtatur Vincent. de Franch. dec. 446. per totam.

Vniuerſitates quæ tenentur ad reparationem Caſtrorum, nõ compelluntur ad conſtruendum noua Caſtra, ſed ad vetera tantùm reficiendum,

Digitized by Google

dum, Vincent.de Franch. decis. 78.in fin.

Vnusquisque.

Vnusquisque est rei suæ moderator,
61 & arbiter, etiam abutendo, l.in re mandata C.mandati l.sed & si lege §.consuluit ff.de pet.hæred.

Limitatur vt non procedat quando iste dominus abutendo rem suã, nullum cõmodũ, vel incommodũ sentit, & sic nullus ciuis ex illa abusione efficitur locupletior.

Secundo non procedit fauore libertatis, nam quandoq; quis cogitur alienare rem suam, §.fin.instit. de donat.

Tertio fauore publico, vt in victualibus, quia cogitur quis vendere rem suam, Capell.Tholo.q.447.

Vocatus.

Vocatus in casu filiorum deficientiũ, excluditur, filijs extantibus, etiam quòd non sint hæredes, ita Bald. Imol. & Raphael in l. filiusfam. §. cum quis ff.de leg.1.

Voluntas.

Voluntas testatoris in vltimis volun-
62 tatibus est Regina, & est seruãda, l.in conditionibus ff.de condit. & demonstrat.Bart.in l.nemo potest ff.de legat.1. & tenenda est dũmodo de ea constet.

Limitatur ista propositio, vt procedat in respicientibus tenorem, seù disposita in testamento, ita Bart.in d.l.nemo potest vbi latè.

Limitatur etiã nõ procedere quãdo verba non conueniunt rei de qua testator sentiebat, l.3.ff.de rebus dubijs l.4.ff.de legat. 1. Azo.in summa de reb. dubijs, quod dicas verum si nullo modo conuenirẽt, quia si secundùm quid, benè procederet dispositio l.vltima ff.de iur. deliberand.

Voluntas, nisi adsit tempore quo actus fit, nõ sufficit quod de ea cõstet Marc. Salon de Pace conf.6.nu. 6.

Voluntas testantis vbi clara, & enixa est, dubium relictum nullum est præsumendum, Vinc.de Franch. decis.483.in fin.

Voluntas hominum morte finitur, l.
63 4. ff. locat. cap. gratiosæ de offic. Iud.delegat. Curt.Iun.conf.224.in princ.

Limitatur vt non procedat quando de ea esset testatus, & sic relinquisset eam in scriptis, prout apparet in testamento quod est testatio mentis, l.1.ff.de testam.

Volenti dolus non infertur, l.si quasi ff.de iureiurand. vbi gloss. hoc dicit, l.1.in fin. ff.de action. empt. & Odofr.inibi.

Votum.

Votum ad Religionis ingressum, obligatio est, ff.de polli.l.2. §.votum, & peccat si votum non implet, sic dicebat Psal. Vouete, & reddite, Andr.de Isern.in vsus feud.comm. sub rub. si de feud.fue.&c. cap. qui Cleric.num.3.

Vota cõditionalia, alternatiua, & incerta reprobat text. in cap. 2. de elect.in 6. quia talia vota pro non adiectis habentur, vt gloss.ibi in verb.incerta.

Votum omne, metu, emissum, est ipso iure nullum; non tamen debet esse leuis, gloss. in cap. fin. extr. qui Cler. vel vouent. matr.contr.poss.

Votum aliud simplex, aliud solemne, de quibus vide gloss. in cap. rursus extr. qui Cleric. vel vouent. matr. contr.poss.

Vox.

Vocem in Capitulo habere est, ius canoniæ, & propterea Propositus, & Archipresbyter illam de iure non habẽt, quamuis valeat consuetudo, Felyn.in cap. cum M. Ferrariensis num.18.

Vsurarius, & Vsura.

Vsurarius mutui contractus dici non
64 potest, etiam si in eodem contra-

ctu cõuentum ſit, vt recipiens mutuum ſoluat mutuanti ſortem, & vſuras, quas ipſe alijs ſoluere tenebatur, Anch.conſ.376.incip. ſecũdo dubitatur in 1.quæſt. Alex.cõſ. 221.num.4.& ſequent.lib.2.Ruin, 104.num.1.lib.4. Natt.conſ.490. num.10.lib.3. Riminald.iun.conſ. 67. num.12. lib. 1. etiam ante moram,& in foro conſcientiæ,vt poſt Sãctum Thomam, & Scotum tradit Couarruuias var. reſolut.lib.3. cap.4.nu.5. verſ.item illud,Anch. d.conſ.376.Iaſ.in l.cũctos populos C. de Sum.Trinit.& fid. cathol. n. 52. Natt. d.conſ.490. num.10. in fin.lib.3. Ruyn.d.conſ.104. lib.4. num.2.nec huic concluſioni repugnant,verùm potiùs à ceſſante ratione,vel à contrario ſenſu illam confirmant, vt per Dec. conſil. 116. aliàs 117. per tot. facit quod tradit Nauarr.de vſur.cap.ſi fœnerau eris 14.quæſt.3.vide Alex.conſ. 31.num.10.lib.6.Ioſeph.Angleſ.in tract.inſcript.Flores Theologi. de contractu mut.concluſ.1.car.398. Zilett,conſ.25. Grat.conſ.49.nu. 11. lib.2. alia vide ſupra in verbo contractus num. 14. in verb. dilatio num.21. exceptio num.25. & in verb.pactum num.13.

Vſurarij ab vſura deriuant, rapiunt enim vſum pecuniæ qui non eſt in rerum natura, Abb.cap.fin.num.5. de vſur.Balzar.in comment.tit.de vſurar.puniend. in ſummario, qui proſequitur dicens, nam hoc crimen in omnibus fere locis ita inualuit cap.3.eod.tit. de vſur.vt eru beſcẽtia huius vitij videbatur ceſſare propter multitudiuem peccãtium, Addit. ad Spec. eod.tit.in verb. concipitur, & eos punit Eccleſia, & non fures, quia vſurarij delinquunt contra naturã,faciunt enim germinare pecuniam, quæ naturaliter non germinat, Abb.in cap.Clerici num.3. de exceſſ.prælat.& omne malum faciũt pro pecunia extorquenda, Bald. in l.1. circa fin. ff. ad Maced. & ſic talia perpetrans dicitur prædo, ſimilis hæretico, immo hæreticus ſi credit nõ eſſe peccatum.ſi credit eſt prædo,& peccat contra naturam,& ſimilis eſt leproſo, ideo de ſanorum conſortio repelli debet, Bald.conſ. 443.num.2. vol.3. quem refert, & ſequitur Balzar. in commẽtar.tit. de vſurar.puniend.cap.3. num.2. vbi quod in Italia dicitur præſtator, in Francia curſinus, in Prouincia renouator, & in iure appellatur raptor, pauperum trucidator, ſectator turpis lucri, ſeruus,& filius diaboli, Io:And. in cap.1.num.4.& 5. de vſur. in 6. adde vt per Balz. vbi ſupra, quòd non ſolùm actus, ſed intentio facit vſurarium, cap. conſuluit cum ibi not. de vſur. & ſola intentio punitur, gloſſ.fin. in cap. quoniam 47. diſtint. ſi intentionem principaliter habet ad lucrum, ſecus ſi ſecundario, Inn.& Abb.in d.cap.conſuluit, non tamẽ tenetur ad reſtitutionem, Arch.in cap. ſi fœnerauerìs in princip.14. quæſt.3.

Vſuræ in contractibus emptionis sũt permiſſæ ſecundùm quantitatem fructuum, Crauett.conſ.105. num. 11. & illorum laxatio permiſſa correſpectiuè ad fructus, Rot.corã Orano in Romana Saluiani interdicti 20. Nouembris 1591.

Vſuras committi nõ dicitur qui gratis, & amore pecunias mutuauit, ſi debitor ſpontè lucrum aliquid, vel intereſſe ſoluerit, Abb.conſ.60. num.5. lib.2. Dec.conſ.116. aliàs 117. Alex.conſ.121.num.7.lib.2. & declara vt per Dec.d.conſ.116. deciſ.Pedem.95.num.8. Franciſc. Aret. in l.cunctos populos num.6. in fin.C.de Sum.Trin.& Fid.cath.

Vſura

Vsura de hoste ad hostem est permissa, cap. ab illo 14. quæst. 4. Roman. sing. 265.

Vsufructuarius, & Vsusfructus.

Vsufructuarius non tenetur soluere debita testatoris, sed istud est onus hæredis. Dec. cons. 536. num. 13. Crauett. cons. 187. nu. 1. vide Menoch. de præsumpt. lib. 4. presump. 143.

Vsufructuarij morte, vsusfructus extinguitur, Vincent. de Franch. dec. 497. in fin.

Vsufructuarius tenetur cauere de restituendo æstimationem rerum, quarum vsusfructus sibi cōcessum fuit, si sint de illis, quæ vsu consumuntur, & de illis conficere inuētarium, Syluan. cons. 37. numer. 3. Surd. decis. 67.

Vsufructuarius qui immaturos fructus in fraudem proprietarij colligit, ad interesse domino tenetur, Bald. in l. si pater colum. 1. versic. sed hic ponamus C de vsufr. & hoc est legendum, quia quotidie accidit, tàm in locationibus gabellarū, quàm agrorum, & maximè Ecclesiarum: & in proprijs terminis in datiarijs molēdinorum tenet in §. cum fundum ff. locati, Vincent. de Franch. decis. 96. num. 2.

Vsufructuario an cōpetat actio pro fructibus non perceptis, vel an proprietario, & quomodo, vide decis. Vinc. de Franch. 167.

Vsusfructus bonorum maternorum quod non quæratur patri, mater filium hæredem instituens prohibere potest, auth. excipitur C. de bo. quæ lib. licet detur vsusfructus in bonis maternis, tanquam aduentitijs, ne vno eodèmque tempore pater priuetur persona, & bonis vxoris, vt declarat Paul. de Castr. in l. si viua matre C. de bon. mater. & tex. in d. Auth. excipitur: & an hæc prohibitio operetur respectu legitimę, est controuersia inter gl. in Auth. vt liceat matri, & auiæ in verb. participiū, & Bart. in d. Auth. excipitur, & vterque ipsorum habet sequaces, quos colligit Boer. in decis. 194. sed ex hoc, in 1. par. sed Sacr. Consil. adhæsit opinioni glossæ quam Boer. inibi dicit esse communem, & magis filijs fauorabilem, & declarauit prædictam prohibitionem in omnibus valere reseruauit tamen ius si quod fortè competit patri pro commoditate, super quo, idest an competat patri hæc commoditas, nouissimè Ludouicus Molina in tract. de Hispan. primogen. lib. 1. num. 33. fol. 151. quid autem è contra quando mater legauit vsumfructum integrum an procedat in vsufructu legitimę, & sic an mater possit hoc facere videndus est Thesaur. in dec. 137. Mater, quam remissiuè notat Vincent. de Franch. decis. 161. in fin.

Vsufructus aliquādo plus valet, quā proprietas, & è contra, vt dicit glo. in l. omnium la segunda ff. de vsufr. quam refert Vincent. de Franch. decis. 283. num. 19.

Vsusfructus rerum dotalium spectat ad quem sustinet onera matrimonij, l. si filia §. 1. l. maritus ff. fam. erciscund. gloss. ordinar. in l. contra nurum, & ibi Bart. ff. rer. ammotar. Ang. Aret. in §. fuerat num. 62. instit. de act.

Vsusfructus bonorum maternorum spectat ad patrem, & in illis habet exercitium actionis, licet proprietas sit filiorum, Rot. decis. 47. part. 2. diuers. & durat etiam, filio mortuo, Spin. de testam. gloss. rubr. 4. par. num. 15. & gloss. 9. num. 33. in fin. in illis tamen non potest imponere seruitutem, etiā, vsufructu durante, Rot. decis. 717. par. 1.

Vsusfructus earū rerum, quæ ipso vsu consumuntur, non consistit, vide de-

deftinc. Foller. in fua prax. nu. 26.

Vfusfructus alteri, nec applicari, nec cedi poteft, Iaf. in l. 1. ff. de iuftit. & iur. fub num. 2.

Vfusfructus debitus patri ex perfona filij, durat etiam filio mortuo, Gomez. ad l. Tauri 6. num. 11. Caualc. de vfufructu mulier. relict. nu. 180.

Vfusfructus quem debitor habet, nō transfertur in creditorē, fed dumtaxat commoditas, Crauett. confil. 213.

Vtile, & Vtilitas.

Vtile per inutile non vitiatur, arg. §. qđ fi quis inftit. de inutilib. ftipulationib. l. fi generalibus ff. de iur. dot. Gonzal. fuper regul. 8. gloff. 5. §. 9. num. 59.

Limitatur vt procedat in feparabilibus, aut diuiduis, vt notat Ang. Aret. in d. §.

Sublimita etiam quando actus effet diuifibilis refpectu effentiæ, & indiuifibilis refpectu formæ, Roman. conf. 66.

Vtilius eft apponere conftitutum, quàm præcarium, nam per conftitutum transfertur ciuilis, & naturalis poffeffio in emptorem, l. quod meo in princ. cum ibi not. ff. de acquir. poffeff. per præcarium verò transfertur fola ciuilis, & naturalis remanet apud conftituentem, l. & habet §. eum qui ff. de precar.

Vtilitas publica principaliter pręfer-
65 tur priuatæ, Bart. in l. 1. colum. 4. verf. tu verò pro intellectu ff. folut. matrim. & vtilitas publica verè dicitur illa, quæ non refpicit cōmodum burfale fifci, vt dicit Bart. in l. ambitiofa colum. 5. verf. nec obftat ff. de decr. ab ord. fac. quem refert, & fequitur Francifc. de Aret. in l. fi conuenerit, ff. de pignorat. actione.

Vulgaris.

Vulgaris expreffa in vnum cafum tantùm continet tacitam pupillarem, l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupill.

Limitatur vt non procedat quando mater eft in medio, ita notat Bart. in l. cum quidam C. de inftit. & fubftit.

Vulgaris fubftitutio expirat adita hæreditate, l. poft aditam C. de impub. & alijs fubftitut. D. Confil. D. Franc. Merlin. in controuerf. forenf. cent. 1. cap. 23. nu. 6.

Sed declara vt non procedat in fubftitutione vulgari contenta in fideicommiffaria, quę dicitur anormala, Corn. conf. 44. fub nu. 4. lib. 3. & conf. 416. num. 5. Gugl. de Bened. in cap. Raynutius num. 43. de teftam. Cuman. in l. Gallus §. quidā rectè ff. de liber. & poft. vide fupra in verb. fubftitutio num. 46.

Vulgaris, & fideicommiffaria erit, fi teftator inftituat Titium hæredem & dicat, fi nō fuerit hæres, vel fuerit, & moriatur, fubftituo mihi, & fibi Seium: vnde quilibet admittetur fuo cafu, & erit in eius electione expectare cafum cuiuslibet, & idem effet in pupillari fubftitutione, ita mirabiliter folus Romanus in conf. 480. & fequitur, & dicitur mirabile Iaf. in l. penult. C. de impub. & ali. 2. colum. num. 2. hocque notat Gomez. in tract. vlt. volunt. de pupill. fubftit. cap. 3. num. 9.

Vulgaris expreffa continet in fe tacitam pupillarem, licet mater fit in medio, fed contra eam non habet effectum, l. fin. C. de inftit. & fubftit. Bartol. in l. Centurio ff. de vulg. & pupill. num. 5. & in l. precibus vbi DD.

Limita vt non contineat pupillarem quando eft facta extraneo, vel adulto, Bartol. in l. 1. num. 3. ff. de vulg. & pupill.

Vulgaris fubftitutio eft quando pater, vel teftator dixit filium, vel Titium

tium

tium instituo, & Meuiū substituo; quia simpliciter fit, si contrarium ex verbis, & intentione defuncti non colligatur, argum. tex. in l. fin. C. de hæred. instit. & inibi Bal. vbi probatur quod substitutio directa dubia conuertitur in vulgarem substitutionem, & ad hoc notant, & commendant illum tex. ibi Bal. Paul.. Sal. Alex. Ias. & communiter DD. & reputat vnicum, Ang. ibi, ita tenet Alber. in rubr. huius tit. 35. col. num. 54. in penul. quæst. materiæ pupillaris substitutionis; quod intellige, nisi ex qualitate personæ pupillaris etiā cōprehendi possit, vt si testator instituat filiū suum impuberem hæredē, & dicat; filium meum instituo, & Meuium substituo, quia erit vulgaris expressa in casu non aditæ hæreditatis, & pupillaris etiam expressa in casu quo moriatur in pupillari ætate, hæreditate adita, sicut dicimus in reciproca facta personis paribus, cui vtraque potest competere. ita in expresso tenet Paul. de Castr. in l. precibus de impub. & alijs 3. col. num. 12. & idem Paul. in d. l. fin. C. de hæredib. institut. Alex. in l. 2. eod. tit. 9. col. num. 26. quos refert, & sequitur Gomez. in tract. vlt. volunt. de substit. vulgar. cap. 3. num. 4.

Vulgaris substitutus an præferatur alio fideicommissario, videlicet, si testator dicat; si Titius non fuerit hęres, sit Seius, & Titium hęredem grauo restituere hæreditatem Caio, & fortè Titius vult repudiare, & concurrant substituti: resolutiuè declara, quòd si hæres institutus decedat in vita testatoris, vel post eius mortem, ante aditam hæreditatem, & compulsionem de adeundo, & eo casu quo nō potuit hæreditas trāsmitti. absque dubio tunc admittitur, & præfertur substitutus vulgaris; Si verò hęres institutus expresè repudiet, & fideicommissum non est repetiū à substituto vulgari: tunc etiam ipse admittitur, & præfertur, vt probat text. in l. si patroni filius §. fin. & ibi gloss. ordinaria, & communiter DD. ff. ad Trebell. si verò fideicommissum est repetitum à substituto vulgari, semper præfertur fideicōmissarius, text. est in l facta §. Iulianus ff. ad Trebell. & in l. nō iustam C. eod. si verò hæres institutus adiuit, excluditur etiam substitutus vulgaris, & admittitur fideicommissarius, argum. tex. in l. post aditā C. de impub. & ali. substit. & istam sententiam ponit Bart. in l. 1. de vulgar. & pupill. 6. col. nu. 24. vers. itē dubitabatur, quem sequitur, & amplectitur Gomez. vltim. volunt. de vulgar. substitut. cap. 3. num. 8. licet Imol. in d. l. 1. 3. col. & Alex. 9. Ias. 11. & Socc. in 3. teneant contrarium, immò quod indistinctè præferatur fideicommissarius, & licet fideicommissum non sit repetitum, adire cogere possit.

Vulnerare, & Vulnus.

Vulnerans aliquem mortaliter qui dum staret postratus in terrā fuit realiter ab alio occisus, non tenetur ad vltimum supplicium tanquā homicida, l. item Mela §. celsus ff. ad l. Aquil. Lud. Rom. sing. 256.

Vulnerans mortuum nō punitur pęna de qua in constitutione, si quis aliquem, de percussione illicita cū armis, quia mortuus non moritur, nec vulneratur, vt notatur in l. 1. C. qui accusar. non poss. Bald. in rub. extr. de vit. & honestat. Cleric. in 1. col. circa princ. Verùm non negatur, quòd extra ordinem puniatur, vel actione iniuriarum, D. Io: de Arnon. comment. 101. fol. mihi 97.

Vulnus per inimicum à retro illatum inimico

inimico, tunc dicitur proditoriè commiſſum, & illatum; quando eſt commiſſum, & illatum ſub colore amicitiæ: quia ille dicitur proditor qui aliud gerit in opere, quam habet in corde, prout per plura concludit Bart. & multa exẽpla ponit in §. delinquunt ff. de pen. quã Bartoli deciſionẽ eſſe elegãtem, dicit Cæpoll. in conſ. 32. Magnifice domine 5. col. verſ. præterea, Clar. in §. homicidiũ verſ. proditoriè, Addent. ad Afflict. deciſ. 265. verſ. ſeptimus caſus eſt, Vinc. de Franch. deciſ. 713. per tot.

Vxor.

Vxor tenetur ad ſolutionem penſionis domus per eam cum marito in habitatæ, marito exiſtente in paupertate, Surd. conſ. 420. in fin.

Vxor non eſt petenda à Principe, gloſſ. in cap. fin. extr. qui Cler. vel vouent matr. quia debent eſſe libera matrimonia, d. gloſſ. in d. cap.

Vxor pauper, & indotata, decedente viro, habet regreſſum ad bona viri vt dotetur, Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor.

Declara quòd inſpiciatur tempus dotationis, non viri, Soc. conſ. 30. vol. 4. Surd. conſ. 216. lib. 2. num. 4. vide omninò deciſ. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. Dec. conſ. 24. Surd. deciſ. 61.

Amplia in ſpõſa per verba de præſenti, Rot. deciſ. 317. par. 1. diuerſ. vide conſ. Cuman. 131. ad euadendam diſpoſitionem d. Auth.

Vxor diuertens à viro ſine cauſa, dicitur illum ſpoliare, Abb. in cap. cauſam matrimonij de offic. Iudic. delegat. & debet ante omnia ad eũ redire cap. 1. vt lite non conteſt. & quibus caſibus denegetur reſtitutio, vide ibi per Abb. & DD. Crauett. conſ. 31. nec debet habere expenſas.

Vxor poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis, mortuo viro, Burſat. conſ. 425. vide Gabriell. conſ. 34. lib. 1.

Vxor relicta à marito domina, & vſufructuaria omnium bonorum, quid habere debeat, gl. in Auth. hoc locum C. ſi ſecund. nupſer. mũl. Bal. in l. legem Iul. C. de indict. viduit. tollend. & l. fin. eod. tit. Angel. cõſ. 144. Gabriell. conſ. 127. lib. 1. Capell. Tholoſan. quæſt. 463. Benint. deciſ. 98. in princ. Grat. diſcep. forenſ. 70. num. 48. Surd. latè de aliment. tit. 2. quæſt. 15. num. 212. & ſequent.

Vxor aſſecurata pro dote in vna re viri ſemel electa, non poteſt variare, & alia bona eligere, Capyc. deciſ. 46.

Vxor quidquid acquirit præſumitur ex bonis viris etiam intra annum luctus, Surd. conſ. 196. vide infra num. 66.

Vxor poteſt habere regreſſum ſuper bonis, ſuper quibus iuri hypothecæ renunciauit, Afflict. deciſ. 313. vide Roman. conſ. 140.

Limita quatenus iurauerit, & legatum acceptauerit, Burſat. conſ. 56. num. 15.

Vxor Doctoris, ſeu militis poteſt cõpellere ſecum alloquentes, vt vocent eam dominam, Bart. in l. ſi Iudex, decimaſecunda ff. de minorib. & ſequitur conditionem, & nobilitatem viri, Guid. Pap. deciſ. 196. num. 1. in fin.

Vxor quidquid habet præſumitur
66 habere ex bonis viri, l. quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor. ne alioquin cẽſeatur ex turpi quæſtu ad eam perueniſſe, D. Ricc. collect. 190. & quando inducatur præſumptio acquiſitionis ex bonis alterius, vide per Riminald. ſen. conſ. 300. num. 96. vide Bart. in l. & ſi inſtrumenta C. de fide inſtrum. lib. 10. Gabriel. titul. de præſumpt. concluſ. 15. vide Rot. deciſ. 219.

Digitized by Google

219.par.2.diuerſ. Surd.conſ.196.
Limita quando maritus, & vxor eſſent creditores ex eodem cōtractu, & ibi diceretur de pecunijs vxoris, Salycet.in l.ſi mater C.de contrah.empt. Riminal. ſen.conſ. 244.num.18.
Declara quòd huiuſmodi præſūptio nō ſuffragatur extraneo, Bal. in l. ſi vxorem nu.8. C. de condit. inſert. Rimin.iun.§.1. inſtitut.per quas perſon. nob. acquir. num.32. Non.conſ.66. Moder. de probat. concluſ.30.
Limita etiā non procedere ſi vxor fuerit induſtrioſa, diueſuè, quia quidquid ſoluto matrimonio emerit, ex proprijs bonis emiſſe ſit exiſtimandum, non verò ex mariti, nec filiorū bonis, ita inſignè Bald. conſuluit in conſ.531.col.2.lib.2. quem refert, & ſequitur Marc. Salon de Pace conſ. 43.num.4. & 5. vide omninò D.Ricc.collect.190. & limita vt ibi per eum.
Vxor poteſt agere pro ſua dote, ſoluto matrimonio, ex promiſſione facta ſuo viro, Guid.Pap.deciſ.375.latè Anna ſingul. 601. & alleg.129. intentando quoque ius exequutiuū, Alber.in l.manifeſtum num.10.C. de furt.Bald.Nouell. de dote, priuil.9.& 10. Gratian.diſceptat. forenſ.362.& 49.
Vxori competit retentio in bonis viri prædefuncti pro dotis reſtitutione, text.eſt in l.filiusfamilias ff. ſolut. matrimon. vbi Bart. quem cæteri ſequuntur, & deciſum referunt Capyc.deciſ.119.n.3. Grammat. deciſ.58.num.3. latè Ioſeph. Ludouic.deciſ.109.num.1.Gizzarell.dec.45.& alij quoque refert, & ſequitur D. Conſil. D. Franciſc. Merlin.in contr.forenſ. centur. 1. cap.89.num.2.
Vxor quæ per mortem viri tranſiuit ad ſecunda vota, tenetur reſeruare quidquid hàbuit ex ſubſtantia primi viri filijs dicti primi matrimonij, ex l.feminæ §.illud ff.de ſecūd. nupt. quod debet intelligi de bonis immediatè, non autem mediatè obuentis.
Vxor ob vergētiam viri ad inopiam, conſtante matrimonio aſſecurari poteſt ſuper ipſius bonis pro eius dote, & antefato, iuxta terminos tex.in l.vbi adhuc C. de iur.dot.& l.ſi conſtante ff.ſolut.matr. & non habet poſſeſſor ius offerendi creditum in pecunia pro retentione, nec creditor poſterior, vt bona communis debitoris vendantur, quod quamuis per DD. valdè fuerit controuerſum, vt per Fabium de Anna conſ.69. volum.1. hanc eſſe communem opinionem tenet D.Conſil.Capyc.Latro deciſ.42.n. 2.contra text.in l.Attilicinus ff.de iur.dot.
Amplia, etiam procedere in vxore Bannitj, vt docet Bart.in d.l.ſi cōſtante nu.20.eo quod propter bannum cogitur maritus peregrinari, videturque ex hoc incipere malè vti ſubſtantia ſua: idemque in marito vagabundo tradit Crotus in ead.l.ſi conſtante num.27. quem ſequitur Riminald.conſ.599.num. 4.lib.3. Barboſ.in eadem l.nu.30. verſ. vlterius, & quod remedium d. l. ſi conſtante tantummodo, & non plenaria dotis conſecutio competat vxori eius, qui perpetuo carceri damnatus eſt, D.Conſiliar. D.Franciſc.Merlin. in controuerſ. forenſ. cent.1.cap.52.per totum.
Limitatur non procedere in reſtitutione dotis, Afflict.dec.199. vbi Vrſill. Vinc.de Franch. deciſ.54. de Pōte in conſ.124.& 125.vol.2. Morot.in quęſt.de poſſeſſ.offeren-

S te a

te nu.9. poſt eius conſilia, qui etiã alias ampliationes, & limitationes notat.

Limitatur etiã in mobilibus, quia, inſtãtibus creditoribus, proceditur ad eorum venditionem, Afflict. deciſ. 221.

Limitatur vltimo, vt non procedat in rebus ſtabilibus commodam non recipientibus diuiſionem, quia tũc etiam proceditur ad venditionem, latè D. Conſil. Capyc. Latro d. deciſ. 42. nu. 10. quem ibi omninò videas.

Vxori cum Marito, & Monacho cũ Abbate litigantibus ſubminiſtrã-
67 tur expenſæ, Abb. in cap. ex parte, & cap. pen. nu. 3. de accuſ. Balzar. in commen. ſub titul. de dand. aduoc. paup. cap. 2. num. 16. Idem in Clerico ſeculari paupere volente accuſare, vel denunciare Epiſcopum, quia debet ab ipſa maiori Eccleſia habere expenſas, Napod. in conſuetud. mulier de alim. præſtand. fol. 227. num. 85. & an filio intentanti quærelam inofficioſi ab hærede ſint præſtanda alimenta, vide ſupra in verbo alimenta.

Vxoris appellatione, an veniat ſponſa, vide D. Ricc. collect. 538. vbi latè.

Vxoris mores per contractum, vel reconciliationem probati, reprobari non poſſunt, Io: Andr. de regul. iuris regul. 21. num. 2.

Vxor cuius maritus eſt bãnitus gaudet priuilegio uiduarum, Lup. in repet. cap. per ueſtras in 2. not. nu. 13. fol. 178. uerſic. ex qua infert, quem refert Napod. in conſuet. uiro mortuo, de iure dotium fol. 238. lit. B.

Vxor lucratur quartam, viro decedẽte ſine filijs, & quid ſi cum filijs, uide ſupra in uerbo quarta uerſ. quartam lucratur uxor, & ad iſtius ornatum, uide etiam deciſ. Vincent. de Franch. 106.

Vxori, ſi maritus legauit ipſi quartã, an debeantur duæ quartę, uide ſupra in uerbo maritus uerſ. 1.

Vxor adultera non ſolùm perdit dotem, ſed etiam paraphrenalia, uide ſupra in uerbo maritus num. 2.

Vxore ingrediente Monaſterium non eſt expectanda mors naturalis, uide ſupra in uerb. maritus numer. 3.

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. X.

Xenium.

XEnium eſt propriè munus, ꝙ hoſpitibus datur, ſed in iure pro munuſculis accipitur, quæ Iudicibus ad eorũ gratiã aucupandã mitti ſolẽt, l. ſolet §. penul. de offic. Procon. & teſtatur Plinius Cæcilius in quadam Epiſtola, in cauſis dicendis ſe omni dono, munere, & xenijs abſtinuiſſe, Alciat. in l. inter donum de uerb. oblig. num. 4.

Xenia non cõtinentur appellatione doni, vel muneris, quia illa in eſculẽtis, poculentiſq; hæc verò in ijs, quæ edulium, potuumq; excedunt vſum, conſiſtunt; & licet Imperator Antoninus per ſuam elegantiſſimã

epi-

epistolam rescripserit;quòd valdè inhumanum est à nemine accipere, sed passim, vilissimum, & omnia auarissimum,text.& gloss.in l. solet etiam §. non verò ffide offic. procon. & leg. vbi quòd Iudices possunt accipere, sed non cogere homines ad dandum xenia.

Tu declara,vt per contrarium tex. in auth. scriptum exemplar, in fin. col.1.collat. 11.olim hoc processisse, hodie autem nec xenias iudices accipere debent; nisi in defectum sui salarij,gloss.in l.si fortè in fin.ff.de offic. Proconf.Cæsar. & sic correctum procedit hoc de iure communi, quid & de municipali, vide pragmaticas super hoc emanatas sub tit. de muneribus Officialium.

Xenophon.

Xenophon quid scribit in vita Cyri, vide supra in verb.Pater in 1.conclus.circa fin.

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. Z.

Zaleucus.

Zaleuci memorabile referũt exemplum, qui ob violatam casu legẽ à se latam gladio se transfodit, Conan. lib. 1. comm. cap.8. num.3. Corrasius lib. 2. miscel.cap.25. indeque Plato de Repub.lib.4. interitum Reipublicæ parari censuit,in qua nõ lex Principi,sed legi Princeps præesset, ita notabiliter refert D.Francisc.de Amaya obseruat.iuris lib.1.cap.1. num.98. & nu.99. quod vt memoriæ dignum adnotaui.

Zelus.

Zelus à maritali zelo dicitur, quo maritus vxoris castitatem custodit, & dictum est atropo metaphora,D. August.2. quæst. super exod. col.65.circ.med.& lib. octuaginta trium quæstionum col.26. circ.fin. bonus autem est feruor animi,quo mens, obiecto humano timore,accenditur pro defensione veritatis, Guliel. Pipin. feria 2. post 4.dom. in quadrag. col.21. circa fin.& inspicitur,nam si non specialiter interest, non præsumitur bono zelo procedere, Abb.cap.ex parte post princip.num.6.circa fin. de testib. vnde idem factum quando potest pluribus modis interpretari,inspicitur quo proposito factũ sit,Bal.in l.in fraudem circa med.ff.de testament. milit. vltra quod non debet quid fieri ex solo zelo, nisi subsit iudicium rationis, cap. cum in iuuentute, vbi Abb.nu.1.circa med. de purg.canon.nam secundum D. Gregor. mens sæpè ipsi mentitur, ideo scrutandum est,quo quis animo mouetur, Caietan.in tract. de simon. quæst. 3. colum. fin. circa med. latè Balzar. in comment. tit. de inquisit.faciend.cap.3.num.33. per totum.

Zelus Baronum semper est intuendus: quia multa eis bono zelo(pro vtilitate Vniuersitatum comparẽtibus)sunt concedenda;secus si ob calumniam, quia tunc sunt denegancda,

Digitized by Google

ganda, Capiblanc. ſuper pragmat. 12. de Baronib. & eorum offic. nu mer. 25.

Zizania.

Zizaniam, ſiue lolium ſeminans, tenetur domino, vel colono, qui agi poſſunt actione Aquiliæ, gloſſ. in l. ſi ſeruus ſeruum §. inquit lex ff. ad l. Aquiliam, & ex text. in d. l. ſi ſeruus ſeruum §. tertio autem in fin.

FINIS.

Deo, Beatæque ſemper Virgini eius Matri Mariæ, ac Diuo Ioſeph honor, & gloria.

Digitized by Google

REPERTORIVM VERBORVM PRINCIPALIVM, QVÆ IN HAC MARGARITA CONTINENTVR.

Numerus primus Paginam, Columnam ſecundus demonſtrat.

Prima Partis.

A

Arbi-

Com-

EC-

Digitized by Google

E

F

Fouea

I *In-*

Me-

Re-

Sta-

Vi-

FINIS.